

ramen nobiscum id non esse reducendum in solam unionem, sed debere etiam includi auxilia humanitati debita rationem unionis quia etiam in unione sanctificatorum, tamen ratione unionis non videtur posse excludi potentia peccandi, ut constat in gratia habituali quia cum unio hypostatica per se non sit formaliter operativa, per se sola naturalem modum operandi humanarum virium immutare non potest, atque nec per se ipsam humanitatem reddere impecabilem; ergo non constituit eam formaliter in tali statu, cui repugnet peccatum, utque aliis auxiliis ita sentit Suarez in 3. part. disp. 14. sect. 3. ut testatur Turrianus ipse, Molina par. 1. quæst. 12. art. 13. disp. 18. num. 4. Bellarm. tom. 3. lib. 5. de iustif. c. 11. & alii quamplures; qua de causa Henriquez tom. 1. hb. de fide hominis in commentario, præfatos Auctores citat, pro nostra sententia, quod sanctitas ratione unionis non pugnet cum peccato, & quidem merito quia sic discurrendo, velint, nolint, in sententiam Scoti descendunt, quod Christus non sit impecabilis præcise, ratione unionis, sed ratione donorum ipsam concomitantium, quibus præcisè non repugnat Christum posse peccare, quia ratione unionis præcisè non constituitur in tali statu sanctitatis, cui formaliter peccatum repugnet; & in hoc folum pacto à Scoto discrepat, quod ubi Scotus, ait talia auxilia, vel principia, quibus Christus redditur formaliter impecabilis, esse debita humanitati Christi solum connaturaliter, & ex quadam congruitate; Auctores illi dicunt talia esse debita, ut nec de potentia absoluta ipsi negari possint, unaque deducunt implicare contradictionem Christum peccare posse; ergo saltem conveniunt nobiscum in puncto principaliori huius controversiæ, quod impecabilitas Christi non est attendenda præcisè ex vi solius hypostaticæ unionis.

65 Itaque ad propositum argumentum negatur assumptum cum eius probatione, non enim Concilium Francordense nec Hieron. loc. cit. dicunt Christum fuisse unionem dumtaxat hypostaticam unitum, & sanctificatum, nullatenus autem gratia habituali; sed solum dicunt non fuisse sanctificatum per solam gratiam habituales, ut ceteri iusti sanctificantur, sed etiam per unionem ipsam hypostaticam, & in hoc assignant discrimen inter Christum, & ceteros iustos, & hac ratione Christum appellat naturam suam sanctum, ceteros vero gratia, & participatione, quia Christo ratione unionis hypostaticæ conaturaliter debeatur plenitudo gratiæ, & gloriæ, non vero ceteris iustis. Ex quo patet ex hoc loco confirmari potius nostram illam responsum superius assignatam, quam destrui, quia ibi non exprimitur unionem solam sanctificare Christi humanitatem seclusa gratia, sed potius utrumque includitur, & de unionem loquitur cum concomitantia aliorum donorum eam conaturaliter consequentium. Ad Confirmationem non dicunt Patres expressè Christum, ut hominem, esse Filium Dei naturalem, sed solum non esse purè adoptivum quia saltem est proprius, consubstantialis, & non extraneus ratione unionis hypostaticæ, ut dictum est supra n. 1. licet autem filio naturali competat ius formale ad hereditatem, non tamen filio proprio solum, sed tantum ex quadam congruitate; unde ad summam rationem unionis competet Christo, ut homini, ius in hereditatem beatitudinis radicale, & inchoatum ratione congruentiæ, non autem integrum, & formale. Et quando etiam concederemus Christum, ut hominem, ratione unionis esse Filium Dei naturalem, & ratione talis filiationis sibi ius formale competere ad hereditatem paternam; hoc adhuc non excludit ab ipso potentiam proximam peccandi, quia est culpabilis, cum omni iure ad hereditatem, quia ista non est culpabilis, ut dictum est numer. 47. & 50. sed solum excludit actum ipsum peccaminosum, ad punctum huius controversiæ præcipuum non est de composibilitate actus peccati cum hypostatica unionem, sed de potentia proxima peccandi ut sepius dictum est, pro cuius exclusione de potentia Dei absoluta nullam efficaciam, & validam rationem afferunt Adversarii, ut clarè constat ex hæcenus dictis in toto hoc articulo.

QUESTIO TERTIA.

De gratia habituali Christi collata suis summam possibilitatis conferri creatura, & quomodo.

66 Certum est gratiam habituales Christi esse summam, & omnium maximam, quam Deus unquam creaturæ communicaverit, vel communicare poterit de communi, lege ac de potentia ordinaria; quia nullus debuit habere tantum, sicut nullus fuit, vel erit tam dignus, quam Christus; unde si conceptus ex omnibus aliorum hominum, & Angelorum gratia inter se adunati unam gratiam resulerat, adhuc intentio gratiæ Christi totam istam intentionem superaret, & ratio est, quia ob unionem hypostaticam habuit humanitas Christi summam congruentiam ad summam gratiam; etiam infinitam, si esset possibi-

lis; ita Scotus 3. disp. 13. q. 1. c. 2. & est communis omnium sensus. Certum est insuper, quod si detur status in intentione qualitatum, iure aliqua qualitas pervenire possit ad tantam intentionem finitam, ut magis intensa dari non possit, gratia Christi dicenda erit summa negativè, hoc est quia maior dari non possit; non erit vero summa positivè, hoc est excedens omnes gratias possibiles, quia alia gratia ipsi æqualis esset possibilis, ratio huius est, quia tanta perfectio danda est Christo quanta potest, ergo si detur talis status in intentione, debuit Christo dari gratia, quia maior dari non possit, sed illa gratia esset summa negativè, ergo & si verò non detur talis status, non erit summa, nec negativè nec positivè respectu omnium gratiarum possibilium, & ratio est quia in illa hypotesi non possit dari ulla tanta, quin maior dari possit de potentia Dei absoluta. Quare tota difficultas huius questionis in eo consistit, an detur talis status in intentione qualitatum; & quidem Scotus loc. cit. affirmare videtur, & consequenter asserere gratiam Christo collatam fuisse summam negativè, ita ut intensior reperiri non possit extra de potentia Dei absoluta, & ita loquitur omnes fere Scotistæ, tum veteres, tum iuniores Faber, Vulpes, Rada, Cernius, Gallus, Arterius, Auctor controversiarum inter Scotistas, & alii passim.

Sed in qualitatibus non dari statum, nec summam gradum, 76 aut terminum intrinsecum esse intentionis in ordine ad potentiam supernaturalem, iam late ostendi disp. 10. Phys. q. 5. art. 2. ubi demonstravi posse dari in qualitatibus infinitum syncategorematicum; ideoque eam opinionem de termino intrinsecum, & summitate gratiæ Christi nec etiam in Scoti principis posse sustineri, & rationes ad hoc ab ipso inductas esse solubiles, & ad hoc probabiliter tenendum non tam fuisse illi rationibus per motum, quas etiam ipse solubiles vidit, quam ex reverentia, & devotione erga Christum Dominum, ut constat ex pissima protestatione, quam facit verbis illis lit. H. in commendando Christum malo excedere, quam desecrare à laude sibi debet, si propter ignominiam oportet in alterum incidere, quibus conceptis, ac sonantibus verbis expressè significat difficultatem defendendi sententiam, quam ibi probabiliter docuit de negativa summitate gratiæ Christi; & motum enim tenendi aliud non fuisse, quam vehemens desiderium, quo æstuat commendandi, & extollendi excellentiam Christi Domini, quantum fieri potest cum aliqua probabilitate. Verum quoniam, qui ibi diximus, evertere tentantur Gallus in 3. disp. 15. quæst. 1. c. 3. & post ipsum Auctor ille contr. 2. part. contr. 10. rationes, ac solutiones ibi datas, hic rursus percurrere cogor, ac pro viribus confirmare.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Questionis.

70 Quamvis de lege communi, & Secundum potentiam ordinariam gratia Christi augeri non poterit, nec in aliquo subiecto produci gratia intensior illa; nihilominus secundum potentiam Dei absolutam augeri poterit, nec dari potest tanta gratia habitualis, quia maior à Deo produci non possit, atque ad potest ea in infinitum augeri in intentione. Conclusio quoad primum partem est communis, in omni Schola, & manifestè colligitur ex Scripturis, & Patribus dicentibus in Christo fuisse plenitudinem gratiæ, & talem, quæ non convenit aliis Sanctis; Quamvis enim B. Virginii tribui solet, cum dicitur gratia plena, non tamen in eo sensu, quo tribuitur Christo, sed tribuitur solum, quatenus plenitudo gratiæ magnam circumscriptam abundantiam, & excessum sanctitatis dignitatis Matris Dei proportionatam; At Christo tribuitur in toto ampliandæ possibilitate communi lege, qua ratione dicitur Jo. 3. non fuisse illi datum spiritum ad mensuram, non quia gratia Christi fuerit iustitia in genere qualitatis, quia tale infinitum in actu categorematicum repugnat ex dictis disp. 10. Phys. q. 5. art. 1. sed quatenus gratia Christi ad omne minus gratiæ se extendit, & ab ipsa usque à fonte, & capite omnia dona hominibus concessa proveniunt; unde inquit Bernardus, quod plenitudo gratiæ Christi fuit plenitudo fontis, plenitudo autem gratiæ B. Virginii fuit, ut aquæ ductus, alii vero Sancti fuerunt, ut rivuli, iuxta illud Ps. 132. Sicut unguentum in capite, quod descendit, &c. dicitur etiam fuisse plenitudo gratiæ propter conjunctionem humanitatis cum divinitate, & propter infinitatem meritum Christi, quod plenitudo sic explicata soli Christo convenit, non vero aliis Sanctis.

71 Quoad autem ad posterius assertionem partem, distidit est in Schola nostra, nam oppositum solent rueri Scotistæ; sic enim videtur docuisse Doctor 3. disp. 13. q. 1. aliqui tamen etiam nobiscum consentiunt, dicentes, Scotum non oppositum ibi docuisse, ut omnino certum, ita P. Cavellus lib. 2. Met. q. 6. schol. 1. Bellotus disp. 10. q. 1. Bassolus 1. disp. 1. q. 3. art. 1. c. 3. disp. 13. q. 1. art. 2. T. art. 1. Phys. q. 4. n. 2. 4. & alii nonnulli in Phisica iam citati; quoniam verò huius assertionis fundamentum pen-

pendet ex eo, quod in qualitatibus in ordine ad potentiam supernaturalem non detur certus terminus, sed possit in infinitum intendi, id loc. cit. probavi præsertim ex proportione extensionis in quantitate, & intentionis in qualitate; sicut enim quantitas in ordine ad potentiam Dei absolutam nullam habet terminum intrinsecum, sed potest in infinitum augeri, ita pariter de qualitate dicendum in intentione; nulla enim ratio afferri potest de qualitate, quæ pariter de quantitate etiam non convincat; Et quidem hæc sola paritas videtur sufficiens ad convincendum intentionem; vel cerè si Scotistæ id voluerit de qualitate asserere, quod terminum habeat intrinsecum in intentione, quo habito nec ulterius possit intendi etiam de potentia Dei absoluta, nec alia intensior produci; id ipsum quoque de quantitate asserere debebant, nedum continua permanenti, sed etiam discreta, quod est prorsus improbabile, nec sine magnis angustis defendi potest. Quapropter Scotistæ communiter huic terminum præfixum qualitatibus tantum, & varias dispartitas de qualitate, & quantitate asserere conantur, quas loc. cit. singillatim reiici. Sed quamvis ille sit difficultior respondendi modus, ut aiebam, quia incurritur æque infestus hoc ipsum tenendo de quantitate, quod habeat ipsa quoque terminum intrinsecum in extensione, et tamen ad hæc tenentur duo Scotistæ supradicti Gallus, & Auctor ille contr. & asseverant certum Scotum agnovisse quoque terminum intrinsecum in quantitate, quo habito non possit maiorari etiam de potentia Dei absoluta, nec alia maior produci.

72 Hoc tamen de quantitate nullatenus asseri posse iam ostendi disp. 10. Phys. q. 5. art. 1. c. 5. cum inter corpora possint dari maiora, & maiora in infinitum, & in corporibus homogeneis potest divini dari in infinitum syncategorematicum in magnitudine, ignis enim potest crescere in infinitum, si continuo sibi apponere tur combustibile, ut concedit Doctor 2. disp. 2. quæst. 9. n. ex 2. de anima, & nulla repugnantia esse videtur, ut aquæ cuiuscumque dabilis aqua de novo creata coniungat, & misceri queat, quod argumentum loc. cit. late prosequor; Et planè valde frige responso Gall, quod Doctor verba illa dicit solum referens Philosophum, & quod non sensum eius violenter detorqueamus, cum ibi nihil aliud intendat, nisi quod ignis non potest esse causa augmentationis in viventibus, quoniam augmentatio in viventibus terminum præscriptum à natura habet, & ideo ignem non posse illius accretionis esse causam, quia ignis crescit in infinitum, si apponatur combustibile in infinitum. Frigida inquam, omnino est hæc responsio, quod Scotus recitative solum verba illa Philosophi referat, sed alia quoque ex propriis addicit in confirmationem illius dicti; ut enim ostendat ignem esse non posse causam accretionis determinatam in viventibus, ut illam solum producat, & non ultra illam, hanc recitative rationem, quia ignis non est determinatus ad quantitatem in aliquo specie, quia quantum est ex se producat maius quantum, quia crescit in infinitum, si apponatur combustibile in infinitum; non ergo recitative solum profert illa verba Philosophi, sed illa etiam approbat, declarat, & confirmat; unde Gallus ipse, non ego, violenter sententiam Doctoris extorquet; Deinde non sufficere huic dantur auctoritatis occurrere, sed rationibus etiam à me adductis debet satisfacere, quas capillo tertio actuali ab initio, & postea in argumentorum dissolutione omnino dissimulat, & insolutas relinquit, hoc loco contentus, quod sententiam Doctoris loc. cit. à me detortum dixerit.

73 Quod verò subdit Gallus ibidem, frivolum esse, quod dixerat Doctorum nostrum ad tenendam summitatem negativam gratiæ Christi potius motum esse ex devotione, & reverentia, quam ex robore, & soliditate rationum ab ipso adductarum; Quia putandum non est tam solidum fuisse Doctorum, ut in commendando Christum vellet uti doctrina, ut solida ab ipso non probata. Hoc, inquam, etiam frigidum est, & gratis omnino dictum; inquam enim dixi rationes illas nihil habere soliditatis, & probabilitatis, imò conceptis verbis h. e. dico esse satis probabiles, sed ad hoc probabiliter tenendum non tam fuisse motum illis rationibus, quas etiam ipse solabiles vidit, quam ex devotione & reverentia erga Christum Dominum; Quare sensus illius mei discussus est, ut ibi me declaro, quod in hoc puncto subtilissimum eius intellectum capere voluit in obsequium Christi, quia eito probabiliores rationes videlicet extare pro opinione, quam nos sequimur, & minus probabiles pro opposita, hanc potius amplecti voluit præferendo devotionem, & reverentiam in Christum Dominum ponderi rationum magis probabilium, ut se se conceptis verbis declarat in ea protestatione, in commendando Christum malo excedere, &c. Unde solum sequitur opinionem, quam ibi elegit de summitate negativæ gratiæ Christi, esse magis probabilem, & maiorem reddere devotionem, non tamen magis probabilem, & in ratione fundatam.

74 Auctor verò ille controversiarum ad hoc primum argumentum ex paritate inter qualitatem, & quantitatem desumptum quod habere, vel non habere terminum intrinsecum, gratis illam admittit & ipse, dicens utriusque præterendum esse terminum

intrinsecum in intentione, & extensione etiam in ordine ad potentiam Dei absolutam; & negat posse assignari quantitatem, cui semper fieri possit additio novæ quantitatis in infinitum, maiorem semper, & maiorem faciendo extensionem; At nec ipse occurrit rationibus, quibus hoc demonstrat disp. 10. cit. q. 4. n. 65. sed eas altè dissimulat; imò nec respondet auctoritati Philosophi ex 2. de Anima iam allegatæ, quod si igni addatur combustibile, in infinitum crescat, cum tamen eam adducat; Sed quando etiam hoc totum à nobis concederetur, quod non possit assignari quantitas, cui possit alia quantitas in infinitum addi maiorem, & maiore semper faciendo extensionem, non adhuc asseritur intentionem; quia nobis sufficit, quod eito una quantitas nequeat addi alteri ad eam extendendam, & ampliandam, quando illa fuerit in termino, in specie, inquam, quod potest semper creari unum corpus maius, & maius alio in infinitum; hoc enim solum sufficit, ut dicamus, quod dari in infinitum syncategorematicum in quantitatibus, possit fieri de additione unius ad aliam, vel inutilitate unius cum alia; ex hoc enim solo deducitur, non posse dari summam negativè in quantitatibus quia potest divinitus produci alia, & alia maius semper in infinitum; Et quidem rationabiliter negari nequit, cum omnes Theologi passim concedant, posse Deum de potentia absoluta producere infinitos Orbes inter se distitos, aut finitos in infinitum, quorum unus successivè fit alio minor, & amplior. Sic igitur pariter in proposito, ut ostendamus gratiam, & charitatem in ordine ad potentiam Dei supernaturalem non habere terminum intrinsecum sui augmenti, non est necesse, ut quancumque charitate data in uno supposito, adhuc in eodem possit à Deo intendi in infinitum, & semper fieri maior, sed sufficit, ut quancumque charitate data in uno supposito, possit Deus saltem in alio producere maiorem; eo enim ipso gratia illa non erit summa negativè, quia potest dari alia maiori ipsa, si non in eodem, saltem in alio supposito.

Deinde arguebat loc. cit. à sufficienti divisione, quæ triplici tantum capite ad summam potest hæc determinatio intentionis provenire; vel ex parte agentis, cuius virtus fit limitata ad introducendam formam in subiecto; vel ex parte subiecti, quod maioris intentionis non sit capacis, vel tandem ex parte ipsius forme sibi determinantis certum limitem, quem transgredi nequit; Non ex primo capite id potest asseri, quia cum agens hic supponatur esse supernaturale, & infinite virtutis potest qualitate semper augere, vel unam aliam intentionem producere. Neque ex secundo capite, quia cum subiectum talem intentionem recipiat per potentiam obedientialem passivam, ut notat Doctor 3. disp. 15. q. 1. sicut hæc nullum terminum intrinsecum magnitudinis habet, ita per ipsam non determinatur subiectum ad totum gradum recipiendum, & non plures, sed determinatur tantum per terminum extrinsecum, quatenus per potentiam obedientialem non habet capaciatem ad formam infinitam, vel infinite intensam; quæ solum terminus extrinsecus ponitur in intentione forme, ut ait Doctor lit. L. Tum quia hic non tantum loquimur de summitate gratiæ, consideranda ipsam in ordine ad subiectum, cui conferunt, ita quod illa dicatur summa gratia, quando est tanta, quantum potest capacitas subiecti recipere, sed præsertim loquimur de summitate gratiæ præcisè inspectæ, sed præsertim subiecto præcipientis, & sensus est, an gratia Christi fuerit ita summa, ut non solum Christo maior gratia conferri poterit, sed nec etiam cuiuscumque alteri creature. Nec tandem ex tertio capite hæc intentionis determinatio attendi potest, quia tale augmentum non ponit qualitatem extra limitis creature, nam quancumque gratia, & charitate signata potest fieri alia perfectior intra eandem speciem; ergo non potest dari supra charitas; probatur assumptum, quia quæcumque gratia signata est finita, ergo abque contradictione, & repugnantia potest intelligi alia perfectior, quia per hoc non intelligitur infinita.

Respondet Scotistæ oppositæ sententiæ ex Scotio lit. Z. negando assumptum quoad tertiam partem, ad probationem dicunt, quod licet quancumque gratia signata sit finita, tamen in progressu tandem ad talem intentionis gradum pervenitur, ut licet assignari possit alia gratia numero diversa illi æqualis, non tamen ea perfectior, quia cum illa sit in termino, non potest excedi ab aliqua gratia; est enim contradictio, quod hæc gratia sit in termino suæ perfectionis, & quod alia sit, vel intelligatur perfectior. Quod si dicas posse produci aliam imperfectiorem, quæ illi addatur, ut non sit ibi evadere infinitum, sed solum perfectior, quam esset antea ab additionem novi gradus. Negant rursus talem fieri posse additionem etiam de potentia Dei absoluta, etiam si tota gratia ex tali additione relaxata foret finita, quia aliquod finitum intelligibile potest repugnare alteri intelligibili finito; sicut si intelligatur alium addi nigrotunc utriusque finiti, & id, quod additur, & id, cui additur, & tamen repugnat unum addi alteri in aliqua perfectione, quia repugnat omnino, quod album sit perfectio nigri, & c. Con-

trā; sic in proposito, cum charitas est in termino absque repugnancia, & incompōibilitate, non potest intelligi sibi addi aliquem gradum.

75 Hęc tamen responsio, quamvis aliquam habeat probabilitatem, ut patet a Scoto innotata loc. cit. non tamen omnino satisficit, ut ostendi dist. 10. Phys. quæst. 5. art. 2. nam in prima parte mera committitur petitio principii: ratio enim cur gratia in tali gradu intensio non possit amplius augeri, aut alia a Deo creari intensior illa, ponitur esse, quia est in termino; hoc est, de quo tota est questio; respondere autem per id, quod est in controversia, est principii petitio; Et planè omnino ridiculum est, quod inquit Auctor contr. non sequi hanc esse positionem principii, quia quod dicitur status in gratia, & forma in termino existentis non possit fieri additio, est propositio prima, & immediata, præterquam quod inquit paulò supra assignatam fuisse rationem ex Scoto. Hoc inquam, ridiculum est; nam ex 1. Post. propositionis primæ, & immediatæ non cadunt in questionem; sed præsens questio est, an detur, vel dari possit status in gratia, & cæteris qualitatibus; ergo hæc non est, nec esse potest propositio prima, & immediata; tum quia propositio prima, & immediata non potest offendi per aliam rationem priorem, aliquam primam, & immediatam non esse: ergo si illius propositionis supra assignavit rationem, falsum est, quod sit prima, & immediata; unde videt hunc Auctorem in duabus lineis sibi contradicere.

76 Nec etiam satisficit responsio quoad aliam partem, quia ut dicebat loc. cit. partes homogeneæ semper sunt unibiles ad aliquod totum integrale constitutum, quia unibilitas est passio conveniens individuis homogeneis, & eiusdem rationis; unde si qualitas possit unquam ad talem statum pervenire, ut amitteret unibilitatem cum cæteris individuis eiusdem rationis, à posteriori posset argui, quod tale individuum mutatum fuisset in natura. Ex quo constat manifesta disparitas, & improportio exempli adducti de albo, & nigro; quamvis enim verum sit repugnare, quod album uniatum nigro, vel e contra, ita quod unum sit perfectio alterius; id est, quia sunt diverse speciei, & inter se contraria; at gradus qualitatis, de quibus hic loquimur sunt eiusdem speciei, & rationis, ac homogenei, & ideo talis repugnancia in ipsis assignari non potest quoad unibilitatem inter se. Nec rursus valet, quod inquit Auctor cit. illam unibilitatem non esse passionem insequentem præcisè naturam formæ, sed potius in tali, vel tali gradu, quapropter non sit necesse, ut competat cuicumque individuo talis formæ, sed solum illi, quod non est in termino. Non valet, inquam, nam præterquam quod rursus committitur petitio principii toties inculcata, unibilitas est passio conveniens individuis homogeneis, & eiusdem rationis, non ratione talis, vel talis gradus, sed ex ratione communi homogeneitatis, & quia eandem rationem specificam participant; unde si habent eandem rationem communem, habent consequenter eandem passionem de omnibus, & singulis demonstrabilem per eandem communem rationem specificam, non autem ratione talis, vel talis gradus individualis; Neque rursus dici potest, hanc unibilitatem ad actum reduci solum, quando forma non est in termino suæ intensiois, sed quando est in termino non amplius reduci posse; nam rursus sic dicendo petitio principii committitur; hoc enim est, quod negamus, gratiam, & charitatem, ac alias qualitates terminum intrinsecum habere posse sui augmenti in ordine ad potentiam Dei absolutam. Verùm quia de hoc puncto latè disputatum est in Physicæ loc. cit. & in his questionibus de potentia Dei absoluta nequit evidentius demonstrari possibilitatem alicuius effectus, quam ostendendo ex illius positione nullam sequi implicanciam, quod sit dissolvendo rationes in contrarium; videndum remanet, an tres illæ rationes, quibus Doctor loc. cit. probabiliter oppositum tenuit de gratia Christi, fuerint à nobis sufficienter solutæ, & an replicæ aduobis allegariis Scottis contra illas nostras solutiones denudè factæ, vim aliquam habeant.

ARTICULUS SECUNDUS.

Occurritur rationibus in oppositum.

77 Inoppositum, Primò duo Scottis citari urgent primam Scottiationem, quam adducit 3. dist. quæst. 4. Sed primam questionem dicens ab ea cæteras rationes evidentiam habere, si gratia, & qualibet alia forma non haberet terminum sui intrinsecum, sed qualibet gratia data semper maior, & maior in infinitum dari posset sequitur tandem, falsum spectata Dei omnipotentia, posse dari gratiam actu infinitam categorèmaticè; sed hoc ab omnibus negatur; ergo, &c. probatur falsitas categorèmaticæ, & quælibet tota qualitas secundum omnes partes, quæ in infinitum ad posse dicitur, sunt obiectum omnipotentis divinæ, & omnes illæ potentie, quibus qualitas, & gratia possunt in infinitum augeri, unum actum respiciunt, sed unica creatione ad actum reduci possunt, quia totum illud factibile videtur ab intellectu divino, ut unum factibile; ergo tota gratia producibilis unica creatione poterit à Deo fieri, quæ utique infinita erit, si nullus ei terminus assignatur intrinsecus; consequenter patet quia non potest assignari ratio, cur totum illud factibile non possit unica factioe productione enim oblatè dependencia unius partis ab alia, ut in successibus, ac in diversis continui, in quibus secundariò factibile in primo includitur; non incompōibilitas unius partis cum alia, quia illæ partes dicuntur esse inter se unibiles, ac unum facere natæ.

Respondi iam loc. cit. in Physica, quod si hæc ratio concluderet, non solum in divisione continui vim haberet demonstrandi, posse continuum dividi in omnes suas partes, & tandem deveniendum ad minimam partem continui ultimam, nec amplius divisibilem; sed etiam in omni quantitate, tam discretæ, quam continua idem demonstrabit; nam supposita aliqua magnitudine, vel multitudine, querri potest, an in ascendendo sit status ad supremam, & habebit propositum; & si non est status tunc deveniendum erit ad magnitudinem, vel multitudine infinitam; & quidem in quantitate permanenti continua concluderet, quia hæc quantacumque sit, est unica factioe factibilis; concluderet etiam de discretæ, quia non potest cogitari certus individuorum numerus, qui veluti unum factibile simul, & semel à Deo produci non possit; sicut enim unica creatione poterit creare qualitatem, ut decem, ut centum, &c. ita unica quasi creatione totam creaturam potest decem homines, centum &c. & si unica creatione facere potest omnem agram possibilem, poterit consequenter unica creatione creare totam illam multitudinem singularium aquarum, quod ad constituendum illam multitudinem concurrunt. Falsa est igitur illa propositio universaliter loquendo, quod illud, quod est producibile pluribus productionibus partialibus, possit semper unica productione totali produci; nec verificatur, nisi quando totum illud producibile est quid certum, & determinatum; quod non contingit in proposito, quia tota intensio, vel extensio à Deo possibilis non est quid certum, ac determinatum, ut possit simul accipi, & ad actum reduci, sed indeterminatum, & confusum, sicut tota divisio continui; sicut universaliter loquendo obiectum omnipotentis Dei est infinitum fincategorèmaticum, quod essentialiter includit aliquam indeterminationem, & actum potentie permittunt, tota igitur gratia possibilis non est una determinata qualitas factibilis unica factioe, sed sunt plures, & plures in infinitum, quarum una est intensior alia, & inter eas non videt divinus intellectus ultimam possibilem, quia talis non datur, nec aliquam quæ sit actus infinita, sed tota latitudo gratie cognoscitur à Deo, ut finita in infinitum.

Ad hanc quoque replicam iam respondi dist. 10. cit. quæst. 5. art. 2. num. 87. quod licet ex hoc capite non tenet paritas, tenet tamen ex alio capite, quod licet omnis magnitudo, vel intensio possibilis est unica factioe factibilis, & simul producibilis distributive loquendo; ita quælibet multitudo divisionum continui possibilis unica divisione quasi totali, & adæquata confici potest, sicut contingit in collisione viri, quod simul in mille fragmenta dividitur, & saltem in numeris valeret omnino paritas, quia in reductione potentie numeri numerus reducitur potentie numerorum minorum; Et cum dicebatur, quod quantum contingit esse in potentia, tantum contingit esse in actu ex 3. Phys. 60. atque ideo omnia potentia unica factioe potest reduci ad actum; ibidem quoque respondi propositum illam inrelligi debere de potentia indivisibili, quæ adæquatur per unum quilibet de potentia indivisibili, quæ adæquatur per unum quilibet de potentia indivisibili, vel ipsa in se divisibilis est, sed ad actum indivisibilem ordinata, vel ipsa in se divisibilis est, hæc non necessariò habet actum simul sibi adæquatos, sed 80 modo, quo ipsi esse possunt; & dedit instantiam de potentia materie ad omnes formas, quæ est unica, & tamen naturaliter non potest omnes recipere; ac

80 art. 2. num. 87. quod licet ex hoc capite non tenet paritas, tenet tamen ex alio capite, quod licet omnis magnitudo, vel intensio possibilis est unica factioe factibilis, & simul producibilis distributive loquendo; ita quælibet multitudo divisionum continui possibilis unica divisione quasi totali, & adæquata confici potest, sicut contingit in collisione viri, quod simul in mille fragmenta dividitur, & saltem in numeris valeret omnino paritas, quia in reductione potentie numeri numerus reducitur potentie numerorum minorum; Et cum dicebatur, quod quantum contingit esse in potentia, tantum contingit esse in actu ex 3. Phys. 60. atque ideo omnia potentia unica factioe potest reduci ad actum; ibidem quoque respondi propositum illam inrelligi debere de potentia indivisibili, quæ adæquatur per unum quilibet de potentia indivisibili, quæ adæquatur per unum quilibet de potentia indivisibili, vel ipsa in se divisibilis est, hæc non necessariò habet actum simul sibi adæquatos, sed 80 modo, quo ipsi esse possunt; & dedit instantiam de potentia materie ad omnes formas, quæ est unica, & tamen naturaliter non potest omnes recipere; ac

81 Respondendo hanc rationem coincidere cum argumento Sminciam soluto dist. 10. cit. num. 92. ubi dicebamus, quod non ma-

ac etiam de potentia voluntatis ad volendum, & nolendum, quæ est unica, & tamen neque supernaturaliter potest simul reduci ad actum perfectum; talem itaque esse dicebam potentiam, quam habet continuum ad dividi; ac etiam quantitas, & qualitas ad augeri; non enim est unica potentia per simplicitatem, sed per integritatem ex pluribus partialibus, quarum est quæcumque signatur, vel signabiles potest simul reduci ad actum nec ulla determinata repugnet; aliter tamen quibuscumque determinatis repugnant infinitæ determinatæ; & cum una reductæ, vel pluribus necessariò sunt alia infinite non reducta cum tota intensio, vel extensio à Deo possibilis non sit quid certum, & determinatum, ut possit totum simul accipi, & ad actum reduci, sed indeterminatum, & confusum ut dixi.

81 Sed inquit Auctor contr. dicere non valere huiusmodi gradus indeterminatos non esse unius determinatæ potentie, neque unius determinatæ actus, cum sint infiniti, quia propter neque possunt simul, & unica productione totali produci, & ad actum reduci; Non valet, inquit, quia infiniti sunt graduum non tollit ab aliquo uno, quoniam simul, & de facto unica productione produci, & ad actum reduci, cum non tollat, quin sit unum, quod clare patet de divinis attributis, quæ licet sint infinita propria infinitatè, unica tamen productione totali metaphysica dimanant à divina essentia, & hoc idem possunt, etiam nisi ab ipsa diffunderentur realiter, ob rem præcisam rationem, quia quilibet illorum cum sua propria infinitate est unum, quam pariter est ex divinis attributis deductam lætè ibi præteritur; Gallus quoque instantias à nobis allatas infirmare conatur; quia quod potentia materie ad omnes formas sit unica apud Philosophos nihil incertum est; & quando est unica, quamvis omnes forme simul esse nequeant in materia naturaliter, id tamen supernaturaliter repugnare non videtur; quod eadè voluntas creata non possit simul idem velle, & nolle, non est ad rem ut dicit actum in obiectum tendentem; actus autem volitionis, & volitionis non possit simul recipere, maxime ut formas, & ut actus otiosos, non ut in exercitio [quod ad propositum facit] non videri repugnare.

82 Cæterum quid Auctor ille inferre velit in proposito, confuso illo, & moroso discursu ad infinitate divinorum attributorum deducto, planè non capio, sicut forte neque ipse capiat, nam infinitas graduum possibilem in intensioe qualitatis, quam dicimus non posse totum simul in actu reduci, neque esse unius determinatæ potentie, est infinitas in multitudine, & ea quidem fincategorèmatica, quæ proinde aliquam indeterminationem essentialiter includit; infinitas vero divinorum attributorum non est infinitas in multitudine, sicut enim numerus finita, sed est infinitas in perfectione, quare prolixius in epist. ad aliquid concludendum in proposito, & nec quidem verbum totius illius prolixo discursu ad rem facit, ut legenti patebit. Neque quod Gallus asserit contra illas duas instantias à nobis allatas, est aliquid momenti; quod enim potentia universalis materie ad omnes formas sit una, non multiplex, iam ostendi dist. 2. Phys. qu. 5. art. 3. & quod omnes de potentia Dei absolute possunt simul esse in materia, non officit; sufficit enim, quod saltem naturaliter non possit simul recipi in materia, ut ostendatur, propositum illam non esse universaliter veram, quod omnis una potentia unica factioe potest reduci ad actum; Et rursus satis non fuit dicere ad rem non esse, quod eadem voluntas creata non possit simul idem velle, & velle, sed opus erat id probare; hoc enim præcisè convincit, illam propositionem de qua contenditur, non esse universaliter veram. Tandem, quod ait voluntatem posse simul recipere actum volitionis, & nolitionis, ut formas, & actus mere otiosos sine rendentia in obiectum, falsum præcisè arbitror; quia talis tendentia est relatio attingentis illis actibus realiter identificata, & ideo per eos actus voluntas, ut illis subest, necessariò constituitur operans, ac tendens in obiecta, ut dictum est in lib. de anima.

83 Secundo, arguit Gallus, quælibet qualitas est quid creatum, & ut actus apud informare maximam dicit imperfectionem; ergo habebit modum suæ perfectionis generice, specificæ, & individuali accomodarum; sed hic modus est intensio, & hæc non potest esse infinitudo intensiois etiam successiva, & fincategorèmatica; ergo, &c. probatur minor, nam creatura in communi, modos habet de directo oppositos modis Deitatis, & suarum perfectionum; si vero sunt infinitudo in omni genere, quæ divinitatis est modus intrinsecus, vel infinitus omnium perfectionum divinarum modus; quamvis autem infinitudo fincategorèmatica non sit ipsa, quæ Deo tribuit, aliquid tamen eius sapit, ut sit qualitas intensibilis, & perfectibilis in infinitum; unde à Deo concepta, ut quid creatum, intelligitur cum modo perfectibilis; divinitatem sapiente, ergo cum modo creaturæ incompositibilis.

Respondendo hanc rationem coincidere cum argumento Sminciam soluto dist. 10. cit. num. 92. ubi dicebamus, quod non ma-

Mil. Tomus Tertius.

gis urget in intensioe, quam in extensioe, ut de se patet, quare cum diversi gradus intensiois non sint, nisi diversæ perfectiones individuales eiusdem qualitatis specificæ; sicut ac pacitas nature specificæ non est ad tot differentias individuales determinata, quia possit tempore sub pluribus, & pluribus esse in infinitum; ita nec capacitas essentis qualitatis ex se determinata erit ad tot gradus in ordine ad potentiam Dei absolutam, & ex hoc non sequitur infinitas in essentia qualitatis, & tantò minus infinitas, quæ aliquo modo sapiat divinam infinitatem; nam ut inquit Doctor 1. dist. 8. quæst. 3. R. male ex infinitate entis creati in aliquo certo genere deducitur infinitas simpliciter, & in tota entis latitudine, quia data creatura sic perfecta, adhuc excedere, retur à Deo, & respectu Dei non esset infinita; unde si daretur quantitas etiam categorèmaticè infinita, v. g. infinita magnitudo vel infinita qualitas, ut infinita albedo; ex tali infinitate non liceret arguere infinitatem simpliciter in illa modo, vel albedine infinita, sed tantum infinitatem secundum quid, & in certo genere; si ergo ex infinitate etiam categorèmatica entis creati in aliquo certo genere deduci non possit infinitas simpliciter, & quæ aliquo modo divinam sapiat infinitatem, tantò minus id licet deducere ex infinitate fincategorèmatica; Quare in proposito ex hoc, quod qualitas non habeat terminum in fincategorèmatica, deduci nequit, quod eius capacitas sit infinita in actu, sed solum quod perfectus in infinitum possit actuari, & cum hæc actuatio semper finita sit, sed tendens in infinitum, potentiam obedientiam ex hac parte secundum quid solum, & fincategorèmaticè infinitam denominabit, inquantum recepta quacunquè intensioe forme, potest maiorem adhuc recipere eo ferè modo, quo diviso continui infinita vocatur in potentia; quare ad argumentum negatur minor cum eius probatione.

84 Tertio arguit alii, in Christo non solum fuit gratia summa, & possibilis de potentia ordinaria, sed etiam summa, & possibilis de potentia Dei absoluta; ergo &c. probatur alsumptum, quia gratia fuit data, & debita Christo ratione unionis hypostaticæ; ergo debuit dari summa possibilis etiam de potentia Dei absoluta, quæ cum nequeat esse infinita, erit necessaria infinita, & in termino; probatur consequentia, quia dignitas unionis hoc totum exigere videtur, siquidem unio hypostatica fuit summa possibilis etiam de potentia Dei absoluta, quia non potest dari maior, aut perfectior unio, quam hæc, quæ uniat naturam humanam cum Deo substantialiter, & non accidentaliter tantum, usque per alias uniones, quæ ratione mysterium Incarnationis dicitur maximum Dei opus ad extra, & Incarnatio dicitur summa communicatio.

Respondet Morandus tract. de Incarnat. quæst. 26. gratiam habitualem Christi posse dupliciter considerari, primò quatenus entitas quedam finita est, non requirens magis hunc, quam illum terminum, & in Christo potentiam obedientiam respectu omnipotentis divinæ, est tali pacto summatur gratia Christi, nulla est implicancia in hoc, quod possit augeri, cum non sit potentia terminum divinæ omnipotentis, nec potentia obedientialis, & tali pacto dicere possumus gratiam Christi posse augeri, & ex parte subiecti, & ex parte forme; Deinde possumus considerare gratiam habitualem Christi ratione finis, ad quem ordinatur, qui est unio humanitatis Christi cum Deo, & quæ neque esse maior unio, nec perfectior, quam unio nature humane ad divinam hypostasim, quam habet Christus, tali pacto potest vici, quod nequeat gratia Christi augeri neque ex parte subiecti neque ex parte gratiæ, quo pacto inquit conciliari posse opinionem Scotti negantis tale augmentum possibile de potentia Dei absoluta cum communi illud affirmante.

85 Sed quicquid sit de hac conciliata, quam non credo Scotitas recepturos, quia Doctor in primo sensu quoque docet gratiam Christi esse summam, quia cit in termino, quem qualitatibus præscribit in intensioe, & rursus quicquid sit, an unio hypostatica sit omnium maxima, de quo dictum est supra quæst. 2. brevis, & clarius ad argumentum negandum est antecedens, & ad probationem dicendum, quod licet unio hypostatica exigat de congruo, & connaturalitate quadam, ut ratione ipsius detur gratia humanitati assumptæ, & quidem summa possibilis de potentia Dei ordinaria, non tamen absoluta; tum quia talis unio in eodem genere finita est, cum finito modo Deum uniat humanitatis; tum quia natura humana Christi, licet sit perfectissima in ordine ad potentiam Dei ordinatam, non tamen in ordine ad potentiam absolutam, quia poterat adhuc perfectior, & perfectior creati, & ideo unio non exigebat gratiam summam de potentia absoluta; Neque videt quo pacto conciliari possit opinio Scotti, quam tradit loc. cit. probabiliter pro maiori exaltatione humanitatis assumptæ assertens esse summam eius gratiam negativè, ita ut maior dari non possit, etiam de potentia absoluta, cum communi opinione talem summam negante; sed solum dici potest, quod cum sequi possumus ut ma-

ut magis piam, hanc vero ut magis probabilem; neque in hac questione est amplius immorandum, nam cetera, quae desiderari possunt, habentur disp. 10. Phys. etc.

QUESTIO QUARTA.

An Christus, ut homo, seu secundum humanitatem sit filius Dei adoptivus.

86 **S**ub hoc titulo proponitur praesens questio, quae multum habet de nomine, ut ex progressu constabit, quia certum est Christum, quatenus dicitur divinum (suppositum in natura humana subsistens esse Filium Dei naturalem, non vero adoptivum; & ideo apponitur particula, ut homo, vel secundum humanitatem, quae quidem non dat intelligere naturam humanam in communi, sed singulariter in Christo existentem, quare sensus questiois est, an sicut Christo ratione propria humanitatis convenit esse creaturam, inesseque, mortuum esse, praedestinatum esse &c. conveniat quoque esse Filium Dei adoptivum, ex cuius questionis resolutione patet etiam, an humanitas Christi fuerit adoptata, & possit dici Filio Dei adoptiva; in qua controversia tres sunt opiniones, quae duxerunt & tertia media; Prima est Nominatum, ac etiam quorundam Scotistarum absolute affirmantium Christum ut hominem, esse Filium Dei adoptivum, & humanitatem Christi fuisse adoptatam, pro qua citantur Durandus, Rubion, Gabriel, Maior, Almainus, Bafolus, Tatarus, imo & Scotus ipse 3. disp. 16. Secunda extrema communis in Schola Thomistarum, & Scotistarum absol. ut negat Christum esse Filium Dei adoptivum, ita passim Thomista, & Scotista tum veteres, cum Recentiores, Lichetus, Faber, Poncius, Aretius, Vulpes, Geninus, Rada Bellarus, Gallus, & alii communiter, quorum aliqui hanc propositionem contendunt esse de fide, Christum, ut homo, seu secundum humanitatem non esse filium Dei adoptivum, quare oppositam damnant, ut haereticam, ut Faber, Bellarus, Aretius, Vulpes & alii.

87 **T**ertia sententia, veluti media est, quorundam Scotistarum duplicem adoptionem distinguunt, & duplicem extraneitatem illius, qui debet ad hereditatem adoptari; prima est, quae excludit rem debitam naturale conveniens filio naturali, tum etiam omnem congruentiam, & talis extraneitas est quando adoptatus est ipse Pater adoptans omnino extraneus. Secunda est quae licet excludat debitum naturale conveniens filio naturali, quo pacto extraneitas nec est illa est cuiusmodi adoptioni, non excludit tamen congruentiam, sed dispositionem aliquam ad ipsam hereditatem, unde licet talis congruentia, & dispositio non inducat, in adoptante debitum requisitum ad filiationem naturalem, inducit tamen aliquod debitum excludens adoptionem requirement omnimodam extraneitatem in adoptato. Quo praenotato dicunt, quod licet loquendo de adoptione in primo sensu supponatur, scilicet, omnem extraneitatem, seu separationem adoptantis ab adoptato, Christus dici nequeat Filius Dei adoptivus, nihilominus loquendo de adoptione in secundo sensu, excludente nimirum solum debitum naturale, seu de adoptione repugnantis filio naturali, Christus dici potest Filius Dei adoptivus; ita novissime Auctor contrav. inter Scotistas 2. par. contrav. 8. unde miratur praclarissimos Scotistas iam citatos in doctrina Scoti verlatissimos, & de illa benemeritos, ita praecipitanter damnasse, ut haereticam opinionem, quam ad minus ipse Scotus probabiliter iudicavit, quod non ausi fuerunt Scoticam doctrinam impugnant.

88 **U**bi tamen notandum est in hac questionis decisione de more sibi expresse contradicere, quandoquidem, probando suam primam conclusionem, quod, scilicet, loquendo de adoptione excludente solum debitum naturale, potest Christus dici Filius Dei adoptivus, ut impugnet P. Bellus responsiones, adeo in impugnationibus excedit, ut demonstrat contendit Christi humanitatem in illo priori natura, antequam a Verbo assumere utramque habuisse extraneitatem, tam, scilicet, ut excludit debitum naturale conveniens filio naturali, quam congruentiam, seu dispositionem aliquam ad ipsam hereditatem, ad quod probandum contra P. Bellum inludat per tres, vel quatuor columnas, ut legenti patebit; qui plane discursus directe destruit, secundum conclusionem, quam immediate post statuit, quod loquendo de adoptione supponente omnem extraneitatem, seu separationem adoptantis ab adoptato, Christus non potest dici Filius Dei adoptivus; Vnde hic plane verificatur iudicium, quod de modo scribendi huius Auctoris fert Illustrissimus Gavarius noster Archiepiscopus Theatinus de sacrificio Missae disp. 2. qu. 3. o. 2. 273. dicens omnia ferre nullam controversiam huius Auctoris reperiri, in qua plures Scoti, & sibi ipsi non contradicant, quod non semel iuprius etiam adnotavi in aliis eius controversiis.

ARTICULUS PRIMUS.

Deiio Questionis negativae.

Pro resolutione questionis notat Doctor 3. disp. 10. qu. unice vocabulum adoptionis translatum esse a Juristis, ut ille dicitur filius adoptivus, qui non est naturaliter genitus ab aliquo, nec ex generatione naturali habens ius succedendi in hereditatem, sed ex gratia praedeterminat, ut habeat ius succedendi; quapropter tria inquiri requirunt, ut aliquis filius dicitur adoptivus; Prima conditio est, extraneitas ex generatione naturali, ita ut adoptatus sit extraneus adoptanti, id est, quod non habeat ex se, & ex generatione sua naturali gradum illum, ad quem assumitur, qui est gradus filii, ita ut licet sit affinis, vel consanguineus, non tamen in eo gradum, ad quem adoptatur, qua ratione nepos potest adoptari in Filium, quia secundum hunc gradum est persona extranea ex quo deducit Doctor ad adoptionem non requiri extraneitatem ex inimicitia positiva, ita ut adoptatus praesupponatur inimicus vel ex actu proprio, vel ex actu parentum; imo inimicus communiter non adoptatur, sed magis dilectus altero illorum modum; sufficit ergo extraneitas, quae est generata iuris in hereditatem adoptantis, quantum est ex vi generationis naturalis. Altera conditio est parte adoptantis est; quod ipsa adoptio sit gratuita, & liberalis, nam si fiat ex aliquo titulo, praeterit oneroso, iam non est adoptio, sed quasi emptio, aut alius contractus; Tandem requiritur bonum, ad quod adoptatus ordinatur, scilicet, hereditas & bona temporalia, ad quam habet ius succedendi ex ipsa adoptione quae filius adoptivus est, cui convenit ius ad participandum hereditatem, & substantia Patris extraneitas, non ex vi generationis, sed ex gratuita voluntate adoptantis.

Hinc deducitur, ne faciamus questionem de nomine circa vocabulum adoptionis, ad adoptionem proprie dictam non sufficere quantumque gratuitam voluntatem Dei ordinantis ad gloriam, sed praeterit requiri extraneitatem adoptati, ita ut sit adoptatus nomine adoptionis proprie sumptum declarat Concilium Francfordiense circa finem dicens quid est adoptio, nisi extraneitas copulatio, qua Pater adoptans sibi copulat filium quem proprium non habet, & superius column. 4. reddens rationem, cur nomen adoptionis sit a Christo removendum, inquit; Dicitur enim Christus adoptivus nomen non habet, quia nec Apostolus sic eum nominavit nec Iuxta Dei catholicae Ecclesiae consuetudinem habuit sic eum appellare; & adoptivus siquidem non habet aliam significationem nisi ut Iesus Christus non sit Filius proprius Dei. Et in Sacrotyllo column. 5. inquit, Perro adoptivus dici non potest nisi si, qui alienus est ab eo quo dicitur adoptivus; Ex qua doctrina de adoptione habetur, quod filius adoptivus proprie dicitur dicitur ille, qui est extraneus adoptanti, & alienus aet adoptionem, & consequenter non est physice coniunctus, id est, secundum substantiam, sed solum effectus; & ideo cum Christus ut homo nunquam fuerit Deo extraneus, vel alienus, aut solo affectu coniunctus, sed substantialiter, ideo negat Concilium dici posse Filium adoptivum; Unde quavis ex vi suae generationis non haberet ius simpliciter in hereditatem, sed ex gratuita voluntate fuerit illi gratia concessa, hinc solum sequitur non esse Filium Dei naturalem, non autem filium adoptivum; quia illa congruitas, vel dispositio praecedens ex vi unionis ad gradum recipiendam, sicut facit Christum, ut hominem, Deo substantialiter unitum, sic facit illum non extraneum, non extraneitate, quae sufficit ad exclusionem adoptionis proprie dictae, ad quam exigitur, ut adoptatus sit proprius alienus, & extraneus, & ex affectu tantum uniti adoptantis, & & nullo modo substantialiter.

Ex quo rursus sequitur distinctionem de duplici adoptione a tertia sententia allatam ad hanc questionem resolvendam non esse ad rem, quia hic est questio de nomine adoptionis proprie sumptae, qualis est adoptio in primo membro illius distinctionis declarata; nam adoptio in secundo membro assignata, quae tantum excludit debitum naturale conveniens filio ex vi generationis, non autem congruentiam, sive dispositionem, quam habuit Christus ad hereditatem gloriae ex vi unionis, non est adoptio proprie, sed improprie dicta, quia talis dispositio ut dicebatur, sicut facit Christum, ut hominem, Deo substantialiter unitum, sic facit illum non extraneum, non extraneitate quae sufficit ad exclusionem adoptionis proprie dictae; unde adoptio sic sumpta ad summum facit, quod Christus non sit Filius Dei naturalis, quatenus excludit naturale debitum hereditatis filio coniunctis ex vi generationis, non tamen constituit illum Filium Dei adoptivum proprie loquendo de adoptione. Neque opus fuit, ut illa tertia sententia hanc distinctionem duplicis adoptionis invehret, ut a prima sententia Nominalem recederet, & quasi se in medio constitueret, quia cum Aucto-

Auctores prime sententiae Christum ut, hominem, dixerunt esse Filium Dei adoptivum, nomen adoptionis simpliciter in significatione impropria, quatenus dicitur quantumque gratuitam Dei voluntatem ordinantis ad gloriam, & quia Christus ut homo fuit ex gratuita Dei voluntate ad gloriam ordinatus, ideo ex hoc capite dixerunt, Christum ut hominem, esse Filium Dei adoptivum, & ita se expresse declarat Rubion 3. disp. 10. quest. 2. Nec mirum si aetate illi Scholastici in acceptione vocabuli adoptionis differunt a Concilio, quia suis temporibus Concilium Francfordiense laebar, cum solum superiori saeculo, anno Domini 1567. opera Laurentii Surii fuerit inventum, & promulgatum; atque ideo Auctores illi sunt executione digni; at nos nunc tenemur talem acceptionem cavere, & Concilio conformari in modo loquendi de adoptione; ut ad verum P. Bellutus Collega meus disp. 9. quest. 2. art. 4. in fine.

92 **N**eque verum est duplicem illam acceptionem adoptionis haberi a Scoto loc. cit. 3. disp. 10. quest. un. in fine, & quod loquendo de adoptione excludente solum debitum naturale, Scotus docuit Christum, ut hominem, dici posse filium Dei adoptivum, ut Auctor ille dicebat, siquidem ut advertunt allegati Scotista, praeferebant verba Faber, & Bellarus, Scotus loc. cit. nunquam revocavit in dubium, sed semper constanter asseruit Christum ut hominem, non esse filium Dei adoptivum, sed solum dubitavit de modo probandi conclusionem; adducit enim varios modos, quos confutavit & tandem propriam facit rationem, contra quam, licet in fine questionis quandam asserat instantiam, quam non solvit, quod anquam praebuit parum in eius doctrina veritas dicendi quod in affirmativum inclinaverit sententiam, vel saltem in hoc haesitaverit. Hoc tamen non turbare non debet; vel enim id contingit propter modum aliquod, quod inreprehensibile censet; Perchius, vel non solvit, quia solutio ex proximo dicitur elici poterat; cuius iudicii inditium manifestum est, quod diff. 11. in immediate sequenti quest. 1. dicit fuisse resolutum in diff. praecedenti, quod Christus non potest esse filius Dei adoptivus.

93 **Q**uod si in oppositam sententiam acciteri ibi non invehitur, nec damnatur, ut haereticam, id est, quia temporibus Scoti acta Concilii Francfordiensis non erant in vulgata, quare illam relinquit solum, ut minus probabilem, absque ulla censura. Hoc idem etiam colligitur ex Reportariis, ubi expresse refertur favere sententiae affirmativae nam respondens ad questionem art. quod Sancti negaverunt Christum esse Filium Dei adoptivum propter haereticum, qui illum dixerunt esse filium adoptivum, & nullo modo naturalem, & ideo cum illis noluerunt Sancti communicare propter malum intellectum, & ideo dixerunt absolute, quod non est filius adoptivus; Quibus verbis minime favore voluit affirmativae sententiae, sed solum indicare, quod esto in aliquo bono, & catholico sensu possit dici Christus Filius Dei adoptivus, in sensu nimirum, quo loquuntur Auctores Nominales iam citati, quatenus, scilicet, ut homo fuit ex gratuita Dei voluntate ad gloriam ordinatus; ab hac tamen phrasia abstinere debemus, ne in modo loquendi communicemus cum Haereticis, quod pium Doctoris documentum tanto magis nunc observandum est post acta reperta Concilii Francfordiensis, quod talem loquendi modum pœnitentiarum, quod etiam sanctum esse dicitur in Concilio Constantinopol. can. 12. ubi dicitur, quod Christus non suscepit gratiam in baptismo Iohannis, neque filius Dei adoptivus factus est. Et quando etiam per relata verba faveret Scotus affirmativae sententiae, ut censet P. Bellutus, non tamen adhuc censendum est illi ullo modo adhaerere; quia ibidem illum dicendi modum subdit, quem determinate sequitur, & est ille idem, quem in Scripto Oxoniensi innuerat, dum inquit; Vel dico, quod pro tanto Sancti dicunt, quod Christus non est filius Dei adoptivus, si debet sustineri de virtute vocis (hoc est loquendo de adoptione proprie dicta) quia ille, qui debet esse filius adoptivus alienus, oportet, quod sic generetur, quod sua generatione non requirit concomitantem de congruo, quod habeat ius hereditatis ideo B. Virgo dici potest adoptari, quia sua generatio non requirit concomitantem de congruo, quod habeat ius hereditatis; sed generatio Christi hominis naturaliter requirit eum concomitantem habere ius hereditatis, quia hoc requirit unio personalis de congruo; Ita Doctor ibidem, quod nihil praclarior opinio dicitur, quod tunc tunc in doctrina Scoti verlatissimum ita praecipitanter damnavit, ut haereticam opinionem, quam Scotus ipse probabiliter iudicavit. Fallum cum est Scotum illam probabilem iudicasse, unde potius praecipitanter ipse tale iudicium de tot praclarissimis viris tulit, cum dubio procul, magis verisimile sit, ipsum solum in Scoti intelligentia desecisse, quam omnes illi simul, praeterit cum ei valde familiaris sit Scotum semper perversè interpretari, quando a communi Scotistarum vult recedere, ut non semel ostensum est in superioribus.

94 **S**upposita itaque hac Concilii Francfordiensis doctrina de natura

tura adoptionis proprie dictae, ut solum adoptivum coniungat adoptanti participatione aliqua, & solo affectu, non vero substantialiter; neque hoc vocabulum aliud habere significatum, nisi omnino improprie loqui velimus, & facere questionem de nomine, & significata vocabulorum ut proprio capite fingere; supposita, inquam, hac doctrina, dicendum est Christum, ut hominem, filium Dei adoptivum nequaquam dici posse, nec eius humanitatem adoptatam; Quod quidem primò probatur eiusdem Concilii auctoritate, de cuius validitate ambigere non licet; eius enim mentionem fecerunt Historici quatuordecim Ammonius lib. 4. de gestis Francorum cap. 83. Addo Viennensis in Chron. ann. 79. Abbas Uspbergenis in Chron. ann. 793. Genebrard in Chron. ann. 674. Blondus Enneade 2. lib. 1. post medium, & alii quamplures; ac ita sententur Valquez disput. de adoptione cap. 7. & Suarez disput. 49. sect. 2. ubi est dicitur non esse omnino certam de fide eius Concilii auctoritatem, prout nunc habetur inter alia Concilia, inquit tamen temerarium, ac periculosum esse eam negare; quavis enim non fuerit generale Concilium, sed nationale, intervenit tamen auctoritas Adriani Summi Pontificis, tum per Legatos praesentibus, tum per epistolam ipsius Adriani ad Concilium directam, & quamvis Concilium hoc dici lateat, ut supra diximus, superioribus tamen saeculo inventum fuit diligentia Laurentii Surii, & secundum partem invulgatam, scilicet, Epistola Adriani ad Episcopos Hispaniae; Epistola Concilii ad eosdem; & liber Sacrosyllabus ab eodem Concilio approbatus, habeturque in tomo tertio Conciliorum, de quo videndus est Luitius Turrianus opus. cit. d. 2. dub. 2. & P. Bellutus disp. 9. cit. quest. 1. art. 4.

95 **R**espondent aliqui, Elipandum existimasse Christum esse filium Dei adoptivum tanquam purum hominem, eo quod putant illum fuisse Nestorianum, & duas personas in Christo posuisse; & in hoc sensu dicunt Elipandum fuisse a Concilio damnatum, non vero in alio sensu, quo plures Scholastici, unam duntaxat personam in Christo agnoscunt, dixerunt secundum humanitatem, seu quatenus homo, esse filium Dei adoptivum, quia ratione ductus Auctor contrav. cit. inquit auctoritatem huius Concilii nihil officere, quia Elipandus, & alii Haeretici, contra quos illud fuit celebratum, sicut in Christo duas potuerunt personas cum Nestorio, ita existimabant in Christo duas esse filios, unum naturalem, alterum adoptivum, & adoptionem esse, quae adoptio imminime potest competere Christo, quia eius persona non est extranea Deo, sed est filius Dei naturalis, non vero loquitur Concilium de adoptione, quatenus est acceptio naturae extraneae ad hereditatem, quod sensu loquuntur Scholastici Christum, quatenus hominem, appellantes filium Dei adoptivum.

96 **S**ed quavis Suarez disp. 44. sect. 1. in 3. impressione & disp. 49. sect. 3. quae sequuntur Averfa, Bernali, & ex nostris Bellarus, & alii quamplures, talem sententiam fuisse Elipandianam, neque in hoc sensu fuisse Nestorianam, sed alia ratione fuisse, & clare ostendunt Valquez disp. 89. cap. 8. Cardin. de Lugo disp. 28. sect. 3. Turrianus opus. cit. d. 1. dub. 1. & alii quamplures dicentes Elipandum vera non posuisse in Christo duas personas, quia nulla fuisset necessitas cogendi Concilium illud ad eius errorem extrinsecum, siquidem Nestorianus error fuerat in multis Conciliis antea damnatus; sed ex doctrina illius id intulerunt Patres, quia si proprie acciperetur adoptio, necessarium inferre qualiteramque suppositum in Christo. Tum quia etiam Auctores citati existimantes talem sententiam, ad huc ipsi quoque fatentur internum Concilii fuisse non solum huiusmodi Elipandianum errorem evitare, sed etiam omnino hoc nomen adoptionis in Christo extrinsecum, quod quia si Christus secundum humanitatem dicitur filius Dei adoptivus, necessarium non esset filius Dei proprius, ut a Scriptura passim appellatur, adoptivus siquidem, inquit Concilium col. 8. non habet aliam significationem, nisi ut Iesus Christus non sit proprius filius Dei, quia adoptio non est nisi charitatis copulatio, qua pater adoptivus sibi copulat filium, quem proprium non habet. Quibus verbis pracluditur omnino fuga Auctoris contr. cit. dicens ibi in definitione adoptionis pro proprio intelligat id, quod est tale proprie naturae, non vero ex gratia ipsius adoptantis, quomodo Christus dicitur filius Dei proprius, unde proprium ait mediare inter naturalem, & adoptivum, & stare posse cum adoptivo. Quavis enim verum sit proprium loquendo de mediare inter naturalem, & adoptivum, modo inferens quomodo adoptivo, quae adoptio proprie sumpta, ut sumitur a Concilio, proprietatem excludit, ut expresse sonat relata verba, adoptivus siquidem non habet aliam significationem nisi ut Iesus Christus non sit proprius filius Dei; fingere ergo aliam adoptionis significationem, in qua proprium posse stare cum adoptivo.

adoptivo, ut loquitur Auctor ille, est expresse contra modum loquendi Concilii.

97 Respondent alii in hoc solum errasse Elipandum, & sequaces, quod Christum appellarint Filium adoptivum absolute, & sine determinatione secundum humanitatem, & in hoc sensu in Concilio Francfordamarum fuisse. Sed hoc etiam facile rejicitur ex eodem Concilio in Epistola eiusdem ad Episcopos Hispania column. 7. ubi ait quam adoptionem, qui scripsit Epistolam, ad Christi voluit transferre humanitatem, & Adrianus in sua Epistola ad eosdem Hispanie Episcopos col. 1. ait materia autem causalis per se ipsam inter cetera recitanda de adoptione Iesu Christi Filii Dei secundum carnem, hoc est, secundum humanitatem. Unde Iohannes Auchenensis lib. 1. de cultu Imaginum referens errorem Elipandi Archiepiscopi Toletani inquit in hoc errasse, quod Christum secundum humanitatem non esse proprium Filium Dei, sed adoptionem praeferre ad naturam esse. Ac denique Elipandus ipse in sua confessione, quam refert Vales. hoc est, expresse dixit adoptivum humanitatem, & non adoptionem divinitatis, ut ergo, quod Christum appellaverit adoptivum simpliciter, & absolute, & sine determinatione secundum humanitatem.

96 Deinde Christum, ut hominem, non esse Filium Dei adoptivum, probatur ratione eiusdem Concilii Francfordensis in sua Epistola ad Episcopos Hispania column. 7. & 12. & 16. quae cum ratione à Scoto adducta omnino coincidit bene intellecta, ut Suarez advertit *disp. 49. sect. 3.* in editione 3. quae quid dicit Vasquez, quae talis est: ille qui adoptatur in filium non natura, & respicit conjugium adoptant, sed solo affectu, unde illi dicitur Filius adoptivus, qui est extraneus adoptant, & alienus ante adoptionem, nec est physice illi coniunctus, hoc est, secundum substantiam, sed solo affectu humanitatis Christi, seu Christus, ut homo, nunquam fuit Deo extraneus, & alienus, aut solo affectu iunctus, sed respicit substantiam in unitate personae; ergo non est Christus adoptivus secundum humanitatem, consecutus est optima; maior enim est definitio adoptionis ab eodem Concilio tradita iuribus allata; Minor probatur, quia ante infusionem gratiae, per quam homo formaliter ius acquirit in hereditatem gloriae, Christus ut homo, erat Deo per unionem hypostaticam unicus substantialem, & consequenter nec erat extraneus, nec alienus à Deo, sed erat ex vi generationis aliquid ipsius Dei, quae unio erat dispositio saltem de congruo ad infusionem gratiae, & acquisitionem iuris in hereditatem; quae dispositio non reperitur in ceteris naturis intellectuales etiam in gratia creatis, sed quodlibet est in instanti nature infusionem gratiae antecedenti verè, & proprie extranea, per eandem iuris, & cuiusqueque dispositionis de congruo, ergo Christus, ut homo, non est Filius Dei adoptivus, sicut exeri; & hac ratione ulius quoque est Adrianus col. 1. iuxta Epistolam, dum dicit Elipandum vocare Christum adoptivum, quasi alienum à Patre, & extraneum per carnis assumptionem.

99 At inquit Turrianus, quod licet hoc ratio Concilii valde sit efficax, tamen iuxta illam non posse Scoti rationem explicari, qui putat unionem hypostaticam non constituere naturam humanam sanctam formaliter, & ita nec facit hunc hominem filium cum iure ad hereditatem, sed sola gratia habituali, & gratia habitualis non potest constituere filium naturalem ullo modo. Sed contra, quia licet unio hypostatica non constituat humanitatem sanctam formaliter, detque ius ad hereditatem formale, sanctitatem tamen radicaliter, & causaliter, & in eodem sensu ius ad hereditatem prebet, nempe radicale, & inchoatum; sed hoc sufficit ad adoptionem proprie dictam excludendam; ergo &c. probatur minor, quia ut arguit Scotus 3. *disp. 10.* ac etiam in Reputatis ibidem sic qui dicit debet Filius adoptivus aliquid, proprie loquendo de adoptione, oportet quod si generetur, quod ex vi suae generationis non requirit concomitantem de congruo, quod habeat ius hereditandi; sed generatur Christi hominis naturaliter requirit eum concomitantem habere jus hereditandi, quia hoc requirit unio hypostatica conaturaliter, saltem de congruo; & ideo optime dicit Suarez *loc. cit.* Scoti rationem bene intellectam cum ratione Concilii Francford. coincidere, & iuxta illam explicari posse, quia maior propositio in praedicta ratione assumpta, scilicet, Filium adoptivum prius natura existere, quam adoptetur, amplianda est, inquit Suarez non solum formaliter, sed etiam radicaliter, id est prius natura existere, quam in se habeat aliquam formam, rationis cuius illi sit intrinsece debitum, & conaturalis, ut illi talis filiatione conferatur; Christus verò, ut hic homo, sub nulla ratione prius natura existit non Filius, & ideo non potest in posteriori signo naturae per gratiam adoptari in Filium.

100 Respondet Auctor *contra loc. cit.* Concilia, & Patres semper Christum vocare Filium Dei naturalem, aut proprium, non verò adoptivum, nec convenientem, etiam in vocabis, cum Haereticis praecipue Nestorio afferente Christum esse puram creaturam, & solummodo adoptatum, idem enim supposito est Filius Dei naturalis, & adoptatus, secundum tamen diversam naturam, ne-

que est inconveniens, inquit, Christum secundum naturam divinam dici Filium naturalem Dei, secundum verò humanam filium adoptivum, quam inquit fuisse responsum Bafforii, & Tarteri. Sed iam supra n. 93. quod licet talis loquendi modus veteribus Scholasticis esset permittus, eo quia tunc temporis acta Concilii Francfordensis non erant invulgatae hac tamè etate non licet, quia Concilium talem loquendi modum tribuit vetat, cum inquit, appellationem adoptivi Filii Christi tribuitur, non aliam habere significationem, nisi ut Christus non sit proprius Filius Dei. Tùm quia Concilium nedum talem loquendi modum vetat, ne in voce conveniamus cum Haereticis, sed etiam rationem reddit, cur sic loqui non liceat, quia qui adoptatur in Filium, non in natura, & respicit conjugium adoptanti, sed solo affectu; at Christus etiam, ut homo, erat Deo per unionem hypostaticam unicus substantialem, & consequenter non erat extraneus, & alienus à Deo, ut requiritur ad adoptionem proprie dictam, ut eam definiunt Iuris periti in Lege digestorum de adoptionibus, & Inlitt. de adoptionibus.

Postremo hac eadem ratione probatur, neque humanitatem Christi posse dici adoptatam, quia qui adoptatur non natura, & respicit conjugium adoptanti, sed solo affectu; at humanitas Christi non fuit Deo coniuncta solo affectu, sed respicit substantiam in unitate personae; ergo nequit dici adoptata; maior est eiusdem Concilii, & etiam ratio probatur, quia adoptatio non unit intrinsece, & substantialem adoptatum, sed tantum extrinsece, & accidentaliter cum adoptante; cum igitur Christi humanitas non extrinsece, & accidentaliter, sed intrinsece, & substantialem sit unita cum persona Verbi, constituendo unum substantialem eum ipso, nequit proprie dici adoptata.

Respondent aliqui humanitatem Christi dici posse adoptatam saltem ratione gratiae, & gloriae, ratione cuius tantum extrinsece & accidentaliter Deo unitur. Sed contra, inquit Doctus, nam ad haec ipsa dona Christi humanitas ordinatur, tanquam ad proprietates iure hypostaticae unionis sibi debitas, saltem de congruo, quod debuit excludi adoptio proprie dicta, quia nemo adoptari dicitur ad id, quod sibi naturali iure debetur; ergo neque ad gratiam, & gloriam Christi humanitas dici potest adoptata probatur assumptum, quia humanitas Christi prius natura fuit unita personaliter Verbo, quia gratiae, & gloriae, ut ostendit Doctor 3. *disp. 29. s. art. 2.* quia prius natura postulat humanitas completi substantialem, quam accidentaliter, nam Deus complevit illam supernaturaliter eo ordine, quo eandem complevisset naturaliter; ergo si humanitas Christi prius natura fuit unita Verbo personaliter, quia gratiae, & gloriae, prius etiam natura ratione unionis personalis cum Verbo acquirere naturae jus saltem inchoatè, & radicaliter ad gratiam, & gloriam, quam illas in se recipere; atque ideo nedum Christus, ut homo licite dici nequit Filius Dei adoptivus, quia nunquam fuit extraneus, & solo affectu Deo coniunctus, sed nec etiam eius humanitas dici potest adoptata.

ARTICULUS SECUNDUS.

Objectiones diluuntur.

103 In oppositum Primò arguit Auctor *contra loc. cit.* ex veteribus quibusdam Scoticis, ac Nominalibus, quia primò humanitas fuit Verbo unita, quam sibi iniecit gratia habitualis; ergo cum extraneitas ad adoptionem requisita non tollatur à Christo, in quantum homo, nisi per gratiam, in primo conceptionis instanti fuit in ipso extraneitas sufficiens ad adoptionem, & consequenter potuit adoptari per gratiam in alio signo subiectionem Confirmatur, quia Scotus 3. *disp. 10. infra B.* habet ad adoptionem sufficere prioritate nature, & quod ex generatione, vel creatione natura illa, quae adoptatur, non habeat ius ad hereditatem, quod ita venit in proposito de humanitate Christi; prius enim illa natura terminavit generationem in se, saltem prioritate nature, quam fuit Verbo unita, quia non eadem actione fuit producta, & Verbo unita, ergo in primo instanti nature, in quo intelligitur humanitas Christi in se existens, & non unita Verbo, intelligitur in ipsa extraneitas sufficiens ad adoptionem, nisi enim natura, mediante qua Christus dicitur Filius temporalis Virginis, fuit extranea, pariter & filiatione ab ipsa procedens, & in supposito redundans.

Respondet ex dictis negando consequentiam, quia ad adoptionem requiritur sola coniunctio adoptanti cum adoptato, & ex simplici affectu, in illo autem priori nature, antequam humanitas Christi gratiam recipere, erat Verbo coniuncta intrinsece, & substantialem per hypostaticam unionem, quod licet in eo signo non dederit ius formale, & completum ad hereditatem, dedit tamen jus radicale, & inchoatum, & hac est doctrina Scoti, quam assert. *disp. 10.* in ultimo modo dicendi, quem amplectitur, ubi inquit, quod ad adoptionem requiritur extraneitas in instanti priori temporis, vel na-

turae talis, quod non necessarîo concomitatur aliquid generationem naturalem, ut dispositio de congruo conferens ius ad hereditatem; hic autem generationem temporalem concomitatur gratia, quae dat jus formale ad hereditatem, ratione unionis hypostaticae cum erat concomitatur debita saltem de congruo; unde ex hac Scoti doctrina notat Marginis extraneitatis in Christo illius quae lionis adiecta, & assignat extraneitatem in Christo in illo primo instanti non est propter dispositionem necessariam in secundo instanti habuit, sed est propter dispositionem necessariam consequentem generationem talem naturae naturae de congruo, & hoc est vi unionis illius naturae ad Verbum, quae dispositio non fuit: consecuta talem naturam in supposito proprio; Potest itaque extraneitas in illo priori impediri per aliquid quod praecedens gratiam, quod fuit flos modo causa, & dispositio positionis iuris; unde bene inquit Bellutus, quod fuit filius naturalis prius intelligitur habere similitudinem in actu, quam ius in hereditatem, & tamen in illo priori non dicitur carere iure, quia radicaliter illud habet; ita Christus cum in priori instanti habuerit unionem hypostaticam, per quam erat substantialem Deo unitus, iam habebat radicaliter jus ad hereditatem, quia ex summa congruitate debebat gratiam, & consequenter habebat negationem extraneitatis, quae etiam fuit responso Licheri, & aliorum Scoticorum.

104 Ad Confirmationem, Scotus illud habet in quarto dicendi modo, quem recipit, & ideo quae naturam adiecit iam relictam; Ad illud verò, quod addit, quod in illo primo instanti nature, in quo intelligitur humanitas in se existens, & nondum unita Verbo, intelligitur extraneitas sufficiens ad adoptionem, quae potest esse consuetudo solationis allata, quia quamvis unio hypostatica infusionem gratiae praecedat, ut dispositio ad illam de congruo, adhuc tamen natura humana prius existit, quam fuerit unita; ergo saltem in illo priori habuit veram extraneitatem negativam, & consequenter dici poterit humanitas proprie adoptata. Respondet etiam arguente ad huius difficultatis solutionem teneri, siquidem in iura conclusionem asserit, quod loquendo de adoptione supponente omnem extraneitatem seu separationem adoptantis ab adoptato, seu negante predicationem substantialem adoptantis de adoptato, Christus non potest dici Filius Dei adoptivus; at ex vi argumenti in illo priori nature, quod humanitas in se existens praecedat unionem, est totaliter separata ab adoptante, & ab eo omnino extranea; quae ratione dixi supra n. 88. hunc Auctorem probando suam primam conclusionem deterrere secundum, ac ex prelo flos contradiere. Huic tamen difficultati optime occurrat Bellutus *loc. cit.* 21. negando consequentiam, quia esse Filium adoptivum est habere ius ad hereditatem, seu ad operationem beatificam; unde consideratur natura in ordine ad actum secundum, & consequenter praesupponitur iam constituta perfecte in actu primo, & in toto ordine substantiali, in quo ultima est substantia; hic prius humanitas erit subsistens vel propria, vel aliena subsistentia, quam ius habet per receptionem gratiae, & consequenter, quia contradictoria habent fieri circa idem, etiam extraneitas praesupponet humanitatem subsistentem; quare saltem est humanitatem in illo priori signo praesistentem unioni dici posse extraneam, ut sic enim ab extraneitate, & adoptione praescindit; Hinc recte notant nonnulli Scoticis, quod esse filiatione naturalis possit natura convenire, etiam ut à substantia praescindit, quia filiatione naturalis fundatur in natura simili nature generantis naturaliter, filiatione tamen adoptiva non convenit, nisi supposito, vel habenti modum suppositi, qualis est anima rationalis separata.

105 Secundo arguit Auctor ille impugando allatam solutionem, unio ex Scoto *disp. 3. G.* est solum dispositio ad gratiam, & gloriam; dispositio autem ad gratiam, & gloriam non tollit extraneitatem ad hereditatem, aliter dum peccator disponitur ad gratiam per contritionem de congruo, non potest adoptari à Deo quod est haereticum. Conf. quia, ut supra dictum est, humanitas à Verbo assumpta prius prioritate nature fuit in se, cum unio solum existentia unita; ergo in illo primo instanti nature, quod sufficit ad extraneitatem, & radicaliter, & formaliter fuit extranea, quia tunc nullo modo intelligebatur unita. Tandem Christi humanitas ex sola Dei liberalitate est ordinata ad unionem hypostaticam, & ad participationem aeternae hereditatis, cum sit omnino gratuite assumpta; natura autem, cui non convenit ex vi suae generationis esse dispositio, neque ius ad hereditatem, sed solum ex mera gratia adoptantis, verè & proprie adoptari potest; cum ergo natura Christi, ratione cuius ipse Christi convenit filiatione temporalis, ex vi suae generationis non habeat nec jus, nec dispositionem ad hereditatem, sed à Deo mere gratuito, sequitur posse adoptari, & Christum ratione talis filiationis posse dici Filium adoptivum, non enim habuit jus, sive dispositionem ad hereditatem, nisi ratione unionis ad Verbum, quae assumptio fuit ex mera gratia, & liberalitate Dei, ita quod quantum est ex te, quidquid iuris habuit ad

hereditatem, ex gratia habuit, quae non tollit à natura extraneitatem sufficientem ad adoptionem.

106 Respondet hac rursus argumenta plus probare, quam velit arguens, nam si concludunt, probant in natura assumptam omnimodam extraneitatem, quam tamen ipse quoque negat in sua secunda conclusionem; Itaque rursus rectè respondet Bellutus negatam consuetudinem assumptam, & assignat extraneitatem, cur iustificatus cum pravia dispositione, scilicet contritione, adhuc dicatur adoptari, non tamen Christus cum pravia dispositione unionis ratio enim est, quia contritio non est dispositio faciens contritum unitum Deo substantialem, sicut facit unio hypostatica; hinc contritio non excludit adoptionem, sicut unio. Ad 2. iam dictam est supra, unde opus non erat argumentum illud de novo repetere. Ad 3. quod fuit argumentum Durandi, communitate negatur consequentia, etenim, ut inquit Arriaga *disp. 45. sect. 1.* etiam animae meae, & meo corpori non debeatur, quod ab hoc numero parente prodiret; potui enim ab alio generari, & tamen eo ipso, quod de facto ab illo procedam, & sim illi coniunctus, sum verè, & realiter Filius eius naturalis, & proprius, nec dici possum adoptivus; quamvis ergo Christi humanitas unio hypostatica non deberetur, fueritque ei facta maxima gratia, dum est ei concessa, non tamen poterit ideo dici Filius adoptivus, aut filia, quia respicit unita physice Deo, & non per iolum affectum, ut ad adoptionem proprie dictam exigitur; quare solum sequitur Christum dici posse Filium adoptivum, accipiendo ad adoptionem in significatione valde lata, ac impropria, quatenus dici quamcumque gratiam Dei voluntatem ordinantis ad gloriam; at hic quaestio est de adoptione in propria significatione, quatenus scilicet connotat extraneitatem adoptati, sicut non sit adoptatus substantialem adoptanti unitus, sed solo affectu, ut loquitur Concilium Francford. *loc. cit.*

107 Tertio rursus inquit Auctor ille disparitatem à P. Belluto allatam de dispositione unionis, & contritionis ad gratiam evertere, quod, ut faciat, tertia vice repetit ad nauseam usque argumentum bis supra inculcatum, quod humanitas assumpta etiam pro alio instanti nature fuit substantialem extranea, cum pro eo primo signo non intelligatur Verbo unita. Conf. quia Christus, secundum quod homo, ex Scoto 3. *disp. 12. qu. 10.* peccare potuit saltem remote, ergo dato, quod peccaverit, vel quod naturam peccatricem assumpserit, tunc si unio hypostatica impediret adoptionem, sequeretur Deum non posse peccatorem adoptare sibi in Filium. Denique ex Scoto 3. *disp. 7. qu. 3.* habetur incarnationem fuisse medium de congruo, ut tanta gloria Christo daretur, nec tamen huimodum congruentia, & dispositio tollit, quin Christus dicatur praedestinatus, & Filius Dei, ut Rom. 1. ergo neque pariter impedit, quod collatio, & exhibitio actualis summae gratiae dicatur adoptio; praedestinatio enim respicit electionem ad gloriam, adoptio verò collationem eiusdem gratiae temporalem, & de novo. Hinc Scotus habet 1. *disp. 4. qu. 10.* Deum primò praedestinasse creaturam rationalem ad finem, quam ad media, quae ordinat volens prius vult finem, deinde media ad finem. Quod idem currit de anima Christi, quam Deus primò ordinavit praedestinando ad gloriam, quam ad unionem hypostaticam, ergo etiam primò ordinavit illam animam ad gratiam, quae est propinquior fine, quam eandem ordinaverit ad incarnationem, & ita primò eum adoptavit in Filium, quam ordinaverit ad dispositionem, scilicet, ad incarnationem, ordinatio etenim ad gratiam est adoptio, non verò collatio actualis ipsius gratiae, hac enim exhibitio potius est effectus adoptionis, quam adoptio, aliter Deus neminem adoptaret, non ab aeterno, cum non det talem gratiam ab aeterno, neque in tempore, cum Deus nihil in tempore velit, quod ab aeterno non determinaverit.

108 Respondet argumentum illud toties repetitum, iam semel à P. Belluto sufficientissime solutum, negando humanitatem assumptam in eo signo, in quo procedere intelligitur unionem hypostaticam, posse dici extraneam, quia sicut in eo signo nequit sibi competere adoptio, ita nec extraneitas, quia haec supponit naturam subsistentem propria, vel aliena subsistentia ob rationem allatam *nam. 104.* Ad 2. concessio antecedente negatur consequentia, quia humanitas Christi ante gratiae infusionem habebat dispositionem de congruo ad recipiendum ius per gratiam habituale, quod dispositio, stante decreto Dei, quod noluit assumere naturam peccatricem, sed sanctam, inducebat necessitatem ad infusionem gratiae, & consequenter eodem modo excludebat extraneitatem: at unio hypostatica in casu posito talem vim dispositionem non habuisset, nec talem necessitatem induxisset. Ad 3. concessio antecedente negatur consequentia, quam arguens non probat; concedo pariter, quod sepe docet Scotus, Deum primò praedestinasse creaturam rationalem ad finem, quam ad media, & consequenter animam Christi prius ordinasse ad gloriam, quam ad unionem hypostaticam, & etiam primò ad gratiam, quae est propinquior fini,

fini, quam ad incarnationem; sed nego, quod hinc deducitur primo sum adoptasse in Filium, prius quam ordinaverit ad suppositionem, scilicet, ad incarnationem; & ad probationem huius ultimae consequentiae, nego quod ordinatio ad gratiam sit adoptio, non vero collatio actualis eiusdem gratiae; etenim ut inquit Doctor 3. disp. 10. qu. no. ad 1. neque praedestinatio ad gloriam, nec ordinatio ad gratiam est proprie adoptio, sed tantum ipsa collatio nova gratiae in tempore; & adoptio enim nihil aliud est, quam ipsamet rationalis creatura iustificatio, ut docet D. Augustin. epist. 120. cap. 4. & lib. 3. contra Faustum cap. 3. est enim iustificatio voluntaria regeneratio in spem vivam, ut sumitur ex 1. Petri, & Jacob. 1. & ad Titum 3. & idem Joan. 1. iustificati dicuntur nati ex Deo; & hoc ipsum concedit arguens in eodem suo argumento ab initio, ubi ait, quod collatio, & exhibitio actualis gratiae dicitur adoptio, ex quo pater paucis lineis sibi contradicere; Neque hinc sequitur, quod Deus neminem adoptaret; non ab aeterno; cum non det talem gratiam ab aeterno, neque in tempore, cum Deus nil in tempore velit, quod ab aeterno non determinaverit. Non sequitur inquam, quia ut inquit Doctor loc. cit. adoptio quavis sit ipsamet collatio gratiae in tempore, cit tamen voluit ab aeterno.

109 Quarto ulterius impugnat tandem Auctor ille, quando Deo placuit, responsum illam ex P. Belluto allaram, quod humanitas Verbi in eo primo signo, in quo praecedit unionem, nequit dici extranea, quia tam adoptio, quam extraneitas supponit naturam subsistentem, quandoquidem esse Filium adoptivum est habere ius ad hereditatem, seu operationem beatificam, quae est actus secundus, in quem natura non exiit, nisi subsistens, cum actio sit suppositum ex prohem. Metaph. Impugnat autem sic, quia licet haec responso admitti possit in ordine executionis, nullo tamen modo valere potest in ordine intentionis; etenim Scotus 3. disp. 7. qu. 3. A. habet, bonam gratiam, & gloriae operatum fuisse naturae praecise, non vero personae, ut patet de anima Christi, cui fuit operata gloria, & gratia, quatenus prior est personae, seu propria, seu aliena; ergo ita dicendum sit de adoptione, cum tam praedestinatio, quam adoptio sit ad actum secundum; sic ergo ad praedestinatum naturae rationalis, licet sit ad actum secundum, non requiritur, ut natura sit subsistens, sive propria, sive aliena subsistentia; ita neque ad adoptionem. Consequenter quia natura illi, quatenus prior subsistentia, insuit potentia obedientialis, ut de facto non extranearetur per assumptionem a Verbo; ergo ut prior natura subsistentia, insuit ipsi naturae extraneitas; consequentia patet, quia contradictoria habent veritatem circa idem. Denum fallum est etiam secundum ipsum Bellutum disp. 1. qu. 1. num. 18. subsistentiam pertinere ad ordinem substantiae naturae, cum solum dicat duplicem negationem; naturae ergo creatae secundum rationem naturae inest extraneitas, quia solum ex gratia Dei ipsi convenit non extraneari; ergo adoptio est proprietaria naturae, ut natura est, & non solum proprietaria naturae, ut extraneitas, sicut Bellutus inquit num. 8. ad 3. & cum Christus assumpsit naturam creatam cum omnibus suis proprietatibus, eandem pariter assumpsit cum extraneitate, quae inest per se naturae.

110 Respondeo rursus, haec argumenta plus probare, quam velint arguere, quia probare continentur omnimodam extraneitatem in natura assumpta, quam tamen ipse quoque negat in secunda conclusione ad haec argumenta immediate sequenti, ubi inquit, quod loquendo de adoptione omnem extraneitatem supponens, Christus dici nequit Filius Dei adoptivus; dico igitur, quod si allata responso valeat in ordine executionis iam habemus intentum, quia adoptio, ut dictum est, pertinet ad ordinem executionis, non vero intentionis; quare negatur illa consequentia, quod sicut praedestinatio, licet sit ad actum secundum, non tamen requirit, ut natura praedestinata sit subsistens, ita neque adoptio; & ratio disparitatis est, quia praedestinatio pertinet ad ordinem intentionis, & idem licet sit ad actum secundum, adhuc tamen in hoc ordine potest terminari ad naturam, ut praecedat personae; verum adoptio, cum pertinet ad ordinem executionis, & ad actum secundum ordinatur, convenit nequit naturae, nisi personae; praeterquam quod Scotus ibidem ait, quod in omnibus aliis ab isto, scilicet, Christo praedestinatio respicit personam. Ad 2. concessio antecedente negatur consequentia, quae omnino inepte deducitur, alioquin eodem argumento probari posset B. Virginem fuisse in peccato originali conceptam, nam in eo priori signo naturae, quod fuit filia Adae, & prius fuit persona, quam habens gratiam, insuit illi potentia obedientialis, ut de facto praeservaretur ab originali, per gratiam, ergo in illo priori insuit illi privatio gratiae, & consequenter peccatum originale, quam consequentiam nullam esse pluribus ostendit Doctor 3. disp. 3. qu. 1. E. Imo quia in eo priori natura erat in potentia obedientialis, ut non extranearetur prosequenti signo, si contradictoria habent veritatem circa idem, & pro eodem instanti probatur, dici non debet in eo priori signo in-

fuisse sibi extraneitatem, sed potius ad utrumque oppositum fuisse indifferentem, & in potentia, quia subiectum est prius naturaliter utroque opposito, ut notat Doctor loc. cit. ad 3. quavis Bellutus loc. cit. dicit subsistentiam in duplici negatione consistere, non tamen negat hanc duplicem negationem suo modo ad ordinem substantiae naturae pertinere, eo modo quo dicitur negationes equitatis, & aequalitatis in homine reductivae pertinere ad primum modum dicendi per se, quo pacto ei non conveniunt negationes albedinis, vel nigredinis, quod lae declaratum est disp. 1. qu. 3. Cum tandem concludit naturae creatae a Verbo assumptae secundum rationem naturae inest extraneitatem, quia solum ex gratia Dei ipsi convenit non extraneari; Negatur consequentia, hinc enim solum deduci potest, quod ex natura rei illi insuit extraneitas, si non assumpta fuisse, non autem quod de facto insuerit, neque quod ex gratia ei conveniret non extraneari, insuit fuisse adoptivam, loquendo de adoptione proprie dicta, ut dictum est num. 106. Et tandem negatur alia consequentia, quod adoptio sit proprietaria naturae humanae, ut natura est, & non potius, ut extraneitas, ut recte P. Bellutus aiebat, nam adoptio vera est proprietaria naturae humanae, ut extraneitas, non vero simpliciter, & quia nunquam humana natura in Christo fuit extranea, ideo nec adoptiva.

111 Quinto arguunt alii, gratia habitualis Christi est eiusdem rationis cum nostra, ergo sicut in nobis solum ponitur sibi ad adoptivum, ita & in Christo. Confirmatur, quia repugnat esse formam in subiecto, & non conferri illi suum effectum formalem, sed gratia habitualis essentialiter est adoptio, ergo repugnat esse in subiecto, & non conferri illi suum effectum formalem, quare repugnat esse in Christo gratiam habitualem, & non dare illi effectum formalem adoptivum.

Respondeo concedendo gratiam habitualem esse eiusdem rationis in Christo, & in nobis quantum ad suam formalitatem, & ideo conferri idem jus ad hereditatem, quod vero tale ius habet in nobis nationem adoptivam, non autem in Christo, non provenit ex formalitate gratiae, sed ex diversis praesuppositionibus, & connotationibus, ut ait P. Bellutus, nam in nobis gratia extraneitatem praesupponit, in Christo autem negatione extraneitatis ob unionem hypostaticam. Ad Confirmationem negatur minor, quia gratia ex sua ratione formalis non est forma adaequata filiationi adoptivae constitutiva, sed cum addito connotato, scilicet, cum extraneitate, sicut nec comitatio est forma adaequata coenam constitutiva, sed connotando tempus vesperinum, quare gratia habitualis dicitur esse adoptio respectu tantum naturae, vel hypostasi extraneae, quia igitur Christus, ut homo, non est suppositum a Deo extraneum, neque eius humanitas usquam extranea fuit, ideo non potest in ipso gratia habere realiter habere effectum formalem adoptionis. Quare effectus formalis gratiae habitualis non est facere hominem adoptivum, sed factum, iustum, & Deo gratum, nam gratia habitualis est forma aboluta, quare ideo confertur effectum formalem abolutum, esse autem filium adoptivum non est quod abolutum, sed relativum, quod relativitas est effectus formalis gratiae habitualis in subiecto capaci, Christus autem non est capax filiationis adoptivae, quia nunquam fuit extraneus.

112 Sexto tandem arguunt Nominales: Christus in quantum homo, reduplicat humanitatem, sed ratione humanitatis Christus non est Filius Dei naturalis, ergo adoptivus; consequentia patet, quia inter naturalem, & adoptivum filiationem non datur medium, minor constat, quia Christus ratione humanitatis est extraneus naturae a Deo, ergo ratione humanitatis non potest esse Filius naturalis Dei, quia Filius naturalis eandem naturam habet cum Patre.

Respondeo negando maiorem, Christum, scilicet, in quantum hominem solum reduplicat humanitatem, quia cum reduplicat humanitatem subsistentem, connotatam, vel connotatam suppositum divinum, in quo humana natura subsistit: Concedo tamen minorem, scilicet, Christum non esse naturalem Filium Dei ratione humanitatis, ut enim dicitur quae 3. ad hoc, ut quis dicitur Filius naturalis, requiritur, ut ex vi generationis sit similis generanti in natura, & consequenter, quod jus ex seipso in hereditatem habeat, independentem a gratuita voluntate Patris, & ex vi proprie generationis, quae conditiones non habuit Christus, ut homo, quia ex vi generationis suae temporalis non fuit similis in natura cum Deo, & consequenter non habebat ius simpliciter in hereditatem, sed ex gratuita Dei voluntate fuit gratia illi concessa. Nego tamen adhuc ratione humanitatis esse Filium Dei adoptivum, quia illa dispositio praecedens ad gratiam, nempe hypostatica unio, sicut facit Christum, ut hominem Deo substantialiter unitum, sic facit illum non extraneum, non extraneitatem, quae sufficit ad exclusionem adoptionis, ad quam exigit, ut adoptivus sit prius alienuus, & extraneus, & ex affectu tantum unitus adoptanti: Sicut igitur Christus, ut homo, est quid medium in-

ter Christum, ut Deum, & ceteros homines, sic in ratione Filiationis est quid medium, ut notat P. Bellutus loc. cit. ita non fit, ut homo, Filius Dei naturalis sicut est Verbum, nec Filius adoptivus, ut ceteri homines, sed Filius proprius, ut lacus 9. seq. Unde agendum est ratione humanitatis Christum necessariò debere esse vel Filium naturalem, vel adoptivum Dei, quia cum hac non opponatur per modum affirmationis, & negationis, non necessario, si ei non compositi unum, competere debet alterum, sed potest dari medium, ita ut dicitur Filius Dei proprius. Nec refert quod sit extraneus secundum humanitatem a Deo, quia licet sit extraneus secundum humanitatem praecise sumptam; non est tamen extraneus secundum humanitatem, ut substantialiter subsistentem in persona Verbi, quo pacto tantum dicitur Filius Dei proprius, ut lacus 9. seq.

113 Postremo solent contra nostram sententiam urgeri quaedam Patrum auctoritates, quas examinat Turrianus opus. cit. disp. 2. dub. 3. & breviter soluit Bellutus art. cit. num. 24. Constat vero ex dictis hanc quaestionem magna ex parte esse de nomine, praecipuum namque oppositae sententiae fundamentum est, quod gratia unionis liberaliter data est naturae assumptae, ex quo deducunt per illam posse dici naturam adoptivam, & Christum, ut hominem Filium Dei adoptivum, quae consequentia est nulla, quia adoptio proprie loquendo, ut definitur a Iuristis, dicit unionem tantam accidentalem, & per affectum, ac per unionem hypostaticam unita est naturae ad esse personale Verbi substantialiter, ex quo patet Adversarios sumere nomen adoptionis in significacione valde lata, ac impropria, quatenus dicit quancunque gratiam voluntatem Deo ordinantem ad gloriam, & quia Christus, ut homo, fuit ex gratuita Dei voluntate ad gloriam ordinatus, ideo ex hoc capite dicitur, Christum ut hominem, esse Filium Dei adoptivum.

QUESTIO QUINTA.

An Christus, ut homo, seu secundum humanitatem, sit Filius Dei naturalis.

114 Jam visum est Christum, ut hominem, non possedici Filium adoptivum proprie de adoptione loquendo, prout a Iuristis definitur, quod fit gratuita assumptio, vel acceptio hominis alius extranei ad hereditatem alicuius; restat modo discutiendum, an possit ac debeat dici Filius naturalis, Pro intelligentia vero quaestio advertendum est, quod an Christus, in quantum homo, sit Filius Dei naturalis, potest duobus modis intelligi; primo, ut illa particula, in quantum homo, reduplicet hypostasim sicut sumatur ratione, personae ac hypostasi, ut sensus sit, Christus quatenus est suppositum humanum naturae, est Filius Dei naturalis; & in hoc sensu non movetur quaestio, sic enim certum est, Christum, quatenus est suppositum naturae humanae, esse Filium Dei naturalem, & quidem per aeternam generationem, facit enim hunc sensum, hypostasi, quae est in Christo, etiam quatenus habet in se subsistentem naturam humanam, convenit filiationi Dei naturalis, quod utique verissimum est, nam neque natura humana habet aliud suppositum praeter Filium Dei naturalem; neque illud suppositum ex eo, quod in natura humana subsistit, debeat esse Filius Dei naturalis. Alio modo potest intelligi, ut ly quatenus homo, reduplicet humanitatem, & sumatur ratione naturae, ut sensus sit, Christus secundum humanitatem est Filius Dei naturalis, sic enim accepta facit hunc sensum, quod ratione humanitatis Christo comperat esse Filium Dei naturalem; & in hoc sensu agitur quaestio.

115 In qua tres sunt sententiae, duae extremae, & tertia veluti media; Prima quae est communis apud Recentiores, affirmat Christum, ut hominem, esse Filium Dei naturalem, quod tamen non eodem modo declarant; quidam enim afferunt Christum solum esse Filium naturalem ratione proprietatis personae, seu relatione ad primam Trinitatis personam, atque ita ut hominem, esse filium naturalem solum aeterni Patris, pro quo citantur Aletius, D. Bon. Major, Ricard. & ex Recentioribus Granadas, Lugo, Amicus, Averia, & ex nostris Gallus Vulpes & alii. Contra vero alii docent Christum, ut hominem, esse, ac dici debere Filium Dei naturalem, non quidem sumendo hanc denominationem ex ipsa Filiatione divina Verbi, sed ex unionem hypostaticam humanitatis ad Verbum, atque ita asserit Christum secundum humanitatem dici Filium naturalem, non ratione Filiationis aeternae, sed ratione sanctificationis per divinitatem, atque ita non esse Filium solum Patris aeterni, sed totius Trinitatis, ita Suarez, Valquez, Tannerus, Beccanus, Arriaga, Bonacina, & alii. Secunda sententia extrema negat Christum, ut hominem, esse Filium Dei naturalem, & consequenter nec Patris, nec totius Trinitatis, quae sententia communior est apud antiquiores, pro qua citantur ex Iunioribus, Lorca, Curiel, Basilus Poncius, Morandus & ex nostris, Faber, Centi-

nus, & alii. Tertia tandem sententia, veluti media, distinguit de triplici Filio, adoptivo, naturali & proprio primus est extraneus per adoptionem adoptatus; secundus est, qui naturaliter a Patre descendit; tertius est ille Filius, qui non est naturaliter genitus, nec est extraneus, quia praemissa distinctione triplicis filiationis responderet ad quaestionem, Christum, ut hominem, esse Dei Filium proprium, non autem naturalem, & consequenter deducit esse Filium proprium totius Trinitatis, & non solum Patris, ita Bernal. disp. 66. & ex nostris P. Bellutus disp. 9. cit. art. 3. & alii Recentiores.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Quaestionis.

116 Quamvis etiam haec quaestio magna ex parte sit de nomine, nihilominus ut rectior teneatur dicendi modus in hac materia, dicendum est cum tertia sententia media Christum, ut hominem, non esse Filium Dei naturalem, sed potius proprium, & consequenter non solum Patris aeterni, sed totius Trinitatis. Hanc tertiam mediam amplector sententiam, tum in gratiam P. Belluci Collegae mei, tum quia haec mihi magis consona videtur rationi, & modo loquendi Patrum, & Scripturarum, ut omnes constabunt, & quia tres continent partes, probatur quoad omnes, & singulas.

Primo quidem probatur, Christum ut hominem, non esse Filium Dei naturalem, quia Filius naturalis est ille, qui oritur vivens a vivente naturaliter principio vitae coniuncto in similitudinem naturae intellectualis, ut constat ex doctrina a Scoto tradita de Filiatione naturali 5. disp. 3. quaest. 1. & 1. disp. 13. quaest. 1. ad 1. & patet ex definitione generationis viventium, & Filiationis explicata disp. 8. de gen. & cor. quaest. 1. Sed Christus, ut homo, in ordine ad Deum utas non habet conditiones, quia Christus, ut homo, licet procedat a Deo vivente, non tamen naturaliter, sed libere, nec in similitudinem naturae, quia humanitas non est similis divinitati, nec principio vitae coniuncto, quia nec actio humanitatis productiva ex vi specificationis tradit ad communicandam naturam divinam Christo, nec actio unitiva humanitatis ad Verbum, sed tantum ad communicandam subsistentiam divinam, & concomitantem tantum ratione identitatis trahat etiam naturam divinam, ergo Christus, ut homo, non potest, nec debet dici Filius Dei naturalis ob defectum harum conditionum.

117 Responderet Arriaga disp. 45. sect. 1. n. 20. in filio naturali duo esse, scilicet, unum quod sit coniunctum cum parente, & per hoc primario, & per se differre a filio adoptivo, & in hoc sensu clare constare, quomodo Christus ut homo fit Filius naturalis in proprietate, & in rigore, alterum est quod procedat ut vivens a vivente formaliter in similitudinem naturae, & hoc factum non convenit proprie Christo, ut homini respectu Dei, nihilominus tamen adhuc verè potest illum dici Filium naturalem Dei etiam, ut hominem. Sed haec responso seipsum destruit, si namque ad filiationem naturalem haec duo per se requiruntur, scilicet, coniunctio nati cum parente, & processio viventis a vivente in similitudinem naturae, planè si haec secunda conditio Christo non convenit, ut homini, hinc clare sequitur non posse, ut sit, dici Filium Dei naturalem in omni proprietate, & in rigore, quia talis rigor exigit, ut ei conveniat secundum omnes conditiones ad naturalem filiationem requisitas. Tum quia ex hoc, quod Christus, ut homo, ratione unionis hypostaticae fit Deo coniunctus substantialiter, & non per solum affectum, solum inferri potest, quod non fit Filius Dei adoptivus, ut liquet ex dictis quaest. praeced. sed proprius, non autem quod fit Filius naturalis, quia ad hoc ultra non extraneitatem requiritur, quod naturaliter originetur, ut similis in natura; Tum etiam quia sola non extraneitas ad hereditatem non facit filiationem naturalem, alioquin sola extraneitas faceret adoptivum, cum oppositorem eadem sit ratio, quod, tamen est falsum, ut patet in filio spurso, qui fuit extranei ad hereditatem, & adhuc sunt filii naturales, ut notat Centius disp. 10. c. 6. n. 260.

118 Hurtadas vero disp. 83. ut ostendat neque Christo ut homini, hanc secundam conditionem filiationis naturalem differre, ait, hanc similitudinem non necessariò esse debere eiusdem speciei infimae, ut patet in mulo, qui est filius equae, & alini, cum neutro tamen eiusdem speciei, inquit itaque quod humanitatis Christi est vivens, procedens a tota Trinitate, etiam similitudinem naturae divinae, quia est natura intellectiva, sicut divina, unde inferri, quod natus sit Christus, ut hominis, est origo viventis a vivente in similitudinem naturae, in quo puncto docet nos etiam omnes convenire, & habere totam eam partem definitionis Filii naturalis Dei, solumque deesse nam, quod non simus a principio coniuncto; quia Deus nobis non est unitus physice, hoc autem in Christo non deest, quia ratione